Jaime Oliver Asín

UNED

UNED

Illmi. Bayerii donô, Ios. Ant. Conde.

BAP FA
026
K.0000153187

UNED

تاريخ المسلمين

من

صاحب شريعة الاسلام ابي القاسم محمد الي الدولة الاتابكية *

تاليف

الشيخ المكين جرجس بن العميد ابو الياسر بن ابي المكارم بن ابي الطيب ۞

ID EST,

HISTORIA SARACENICA,

QVA

RES GESTAE MVSLIMORVM,

INDE

a MVHAMMEDE primo Imperij & Religionis Muſlimicæ auctore, uſque ad initium Imperij ATABACAE I, per XLIX Imperatorum ſucceſſionem fideliſſimè explicantur.

Inſertis etiam paſſim Chriſtianorum rebus in Orientis potiſſimum Eccleſijs eodem tempore geſtis.

Arabicè olim exarata

à GEORGIO ELMACINO fil. ABVLJASERI ELAMIDI f. ABVLMACAREMI f. ABVLTIBI.

Et Latinè reddita operâ ac ſtudio

THOMAE ERPENII.

Accedit & Roderici Ximenez, Archiepiſcopi Toletani, Hiſtoria Arabum, longè accuratius, quam antè, è Manuſcripto codice expreſſa.

BIBLIOTECA DE D. FRANCISCO CODERA
BIBLIOTECA DE JAIME OLIVER ASIN
J. Oliver Asín

Lugduni Batavorum,

Ex Typographia ERPENIANA Linguarum Orientalium. 1625.

Proſtant apud

IOHANNEM MAIRE, & ELZEVIRIOS.

UNED

ERRATA.

Benevole Lector, ne quid in Arabico textu, aut ipsa versione te remorari posset, errata, quæ Historiam mihi percurrenti obvia facta sunt, corrigenda esse duxi: teque commonendum, verba quædam sine punctis orthographicis relicta fuisse, prout in autographo erant; perpauca etiam ambiguæ & incertæ lectionis non versa: uti tuo de illis omnibus judicio & arbitrio utereris.

ARABICA.

Pagina 4. lin. 37. pro مو lege من. pag. 5. lin. 34. pro شقته lege شفته. 8. 3. الا dele. 11. 28. اكبر leg. اكابر. 12. 33. رحل l. رجل. 13. 34. ليخرخ l. ليخرج. 14. 1. تاحية l. ناحية. 16. 20. احل l. احد. 17. 30. جهر l. جهر. 19. 12. جلافة l. خلافة. 21. 14. اقصت l. اقضت. 23. 7. كلازهار l. كالازهار. 23. 30. فازلوا l. فازالوا. 26. 36. واستجلت l. واستجلب. 38. 16. صفين l. بصفين. 39. 2. وبينلم l. وبينكم. 41. 1. ولاها l. فولاها. 47. 38. مراث leg. مرات. 50. 22. يحتاجونه adde وكان كثير الرحمة والصدقة. 57. 38. صاحبه l. حاجبه. 58. 5. وخمسالين l. وخمسين. 65. 10. لابدون l. لابد ان. 71. lin antepen. بانية l. بانية. 72. 26. ضبرا l. صبرا. 75. 33. اقصت l. اقضت. 77. 29. لاتحرب l. ولاتخرب. 80. 30. ومبدا l. وماية. 81. 37. قيض l. قيص. 96. 37. وله l. وليس له. 97. 32. ثلاثين l. ست وثلاثين. 97. 35. واشهر l. وتسعة اشهر. 97. 39. اقنا والانف l. اقنا الانف. 98. 15. الاخد l. الاحد. 98. 21. ملكم l. ملكهم. 101. 10. معويه l. عبد الله رحمن بن معويه. 102. 9. ثم l. تم. 116. pen. عالية l. غالية. 120. 3. مرفة l. صرفه. 133. 1. ويعرقه l. ويعرفه. 137. 19. من l. الي. 142. antep. حانب l. جانب. 145. 19. توقيل l. توفيل. 146. 24. وجعل l. وجعل. 159. 16. وقيل dele. 162. 6. وقيل dele. 163. 37. يصقعون l. يصقعون. 166. 32. من l. بن. 174. 32. ليقلته l. ليقتله. 174. 73. فلما l. فلم. 75. 13. كثيرا l. اكل كثيرا. 175. 22. استغل l. اشتعل. 175. ult. وعطبغيره l. وعظ بغيره. 176. ult. عقيت l. بقيت. 178. 11. دينار adde وخمس ماية الف دينار. 183. 30. امراه l. امرة. 184. 4. وادحلوهم l. وادخلوهم. 169. 6. شنة l. سنة. ديلم adde وكان يعيش اول امره من صيد. 213. 26. حيوس l. جيوش. 236. 29. طشت l. طست. 236. 27. يبرز l. يبارز. 250. 20. ايضا l. ايضا. 253. 4. وغازيا l. غازيا. 266. 14. يوية l. بوية. 266. 25. ما بريد l. ما يزيد. 267. 26. وسبغ l. وسبع. 269. penult. السياسته l. السياسة. 284. 26. يستذنه l. يستادنه. 285. 27. اباحها l. اباخها *aut si prius velis, verte.* quàm exercitui in spoliũ dedit. 286. 32. واوصي l. واومي. ut & lin. sequent. 287. 19. توحوه l. توجوه. 288. 26. قتناوله l. فتناوله. 289. 12. غبره l. غيرة. 290. 23. انجلقت l. انجلت. 291. 3. وزاريه l. وزارته. 291. 7. يوسق l. يوسق. 291. 11. علي بغداد l. علي نهب بغداد. 291. 30. طعبلين l. طغتكين. ibid. 31. خطي l. potius حظي. actum in versione pag. 291. 40. pro *parumque*, l. *multumque*. & 291. 11. pro *donec*, l. *ita ut*. ibid. 38. طعبلين l. طغتكين. 292. 8. مكانة l. مكانه. ibid. 10. طعبلين l. طغتكين. 293. 26. فاقطعه بركياروق l. فاقطعه بركياروق. 295. 5. وحامرها l. وحامرة بها. 296. 13. تغررت l. تقررت. ibid. 38. يبروت l. بيروت. 297. 24. المحلي l. الملحي. 298. 21. كهيل l. كيهك. idem lin. 36. ibid. 36 البحور l. البخور. 300. 19. استخذم l. استخدم. ibid. 22. الرهان l. الرهبان. ibid. 28. شاهد l. وشاهد. ibid. 35. قان l. فان.

LATINA.

LATINA.

Pagina 8. lin. 18. pro *acceſsitque* lege *adduxitque*. *40. 43. dies 82.* leg. *dies 182.* pa. *46. 24. patrui ſui* leg. *Abnæ*. *48. 31. Iuffli* l. *Iuſti*. *51. 11. Nepoti ſuo.* l. *Abnæ*. pa. *73.* lin. *37.* pro *79.* leg. *179.* p. *77. 49. factus eſt.* leg. *fuit per ſeſquiannum. 78. 14. man.* l. *Suleiman*. *85. 43. Infeſtare* leg. *non deſyt infeſtare*. *86. 32. partis.* l. *portis*. *87. 25.* *106.* leg. *160.* p. *101. 13. Muavias* leg. *Abdalrahmanus f. Muaviæ*. *109. 36. 22. ſc.* leg. *ſcil. die Mercurij, 22.* pag. *120.* lin. *35. Iudices, docti.* leg. *judices, Hiſtorici, docti.* *131. 31. Huſeini* l. *Haſeni*. *132. 6. bello.* l. *bellum*. *140. pen. Chalifa,* adde *Tarſi*. *151.* *18. Macilentus,* adde *raris myſtacijs*. *173. 14. trecenta* l. *tria*. *180. 43. cælo* adde *quatuor. 184. 2. Ibrahimi* adde *præfectus Ardenæ*. *209. 23. Mairæ* l. *Mariæ*. *236. 10* *comprehendat* adde *poſt mortem*. *246.* antep. *potus,* adde *& Aromatum*. *247. 28.* *compeſcunt,* leg. *compeſcit*. *281. 41. dixit,* adde *Naſrus*. *284. 6. Acaleus,* l. *Ocailites*. *284. 44. filij Mucledi*, l. *filius Mucledi*. *284. 10. cum* l. *quod cum*. *286. 25. Masbaci* l. *Masbahi*. *287. 31. ejus* l. *ſuis*. *287. 41. frater* l. *frater meus*. *287. 43. precata* l. *benè* *precata*. *287. 36. rata aſſertaque*, l. *rataque aſſerta*. *37. audivit*, adde *animatus*. *288. 23. Muctadæus.* l. *Muctadis*. ibid. *38. Sol die*, leg. Soli diei. *289. 5. & quod.* l. *quod ad*. *290. 23. ſexennium.* l. *ſexaginta annos*. *291. 39. Tabelinus.* l. *Tagtekinus*. ibid. *48. habitationis.* leg. *potius dignitatis.* penult. *Tabelinus.* leg. *Tagtekinus*. *296. 13.* dele *viſum.* ibid. *29. Tripoli.* leg. *Tripolitanæ.* pag. *297. 9. Fecharmuluci* l. *Fecharmulucus.* ibid. *34. idque Iſfehanæ.* l. *Et quidem Iſfehanæ*. *298. 23.* *Cahyli,* l. *Kihaci.* item lin. *36.* pag. *298. 43. ſacrificio* l. *Sacrifico*. *299. 1. at* l. *&*. ibid. *2. fieret* l. *hoc fieret*. ibid. *18. Elcahira* adde *quam tuetur Deus*. *300. 12. valedixit &* l. *valedicens*. ibid. *19. Macarimus ille*, l. *Abulmacarimus ille f. Abultybi*. ibid. *22.* *mortuâ autem.* l. *at mortuâ*. ibid. *35. f. Iobi.* adde *ſub ejuſdem favore atque protectione*.

AD

ILLVSTRISSIMOS ET POTENTISSIMOS DOMINOS, BELGICAE FOEDERATAE ORDINES.

ILLVSTRISS. ET INVICTISS. PROCERES,

NON potuit, neque debuit, infirmitatis noſtræ pudor nos prohibere hoc officio juſtæ parentationis, quo dum extrema civis veſtri THOMAE ERPENII, piæ memoriæ, vota excelſo Ordini veſtro, & ſplendidiſſimo, ſolvimus, Vxor quidem chariſſimi ſui Mariti, liberi verò optimi Parentis, memoriam cohoneſtamus, in ſolatium graviſſimi mœroris noſtri. Debebatur excellentiſſimo nomini veſtro hęc poſthumi fœtus oblatio, ex Antiquorum ritu, qui ut exequias amicorum auguſtius terminarent, Dijs litabant ſuis; qui quidem haud fuerunt alij, quàm illuſtres in terris Heroës. Liceat autem pietati noſtræ apud Celſitudinem veſtram exſequi hæc munia, loco ejus, qui è terris jam exceſſurus, cum præſtare officium Patriæ amplius non poſſet, ultimos ſuos conatus ſaltem devovere ei voluit atque offerre. Quid enim civi bono juſtius, & in ipſa illa neceſsitate jucundius, poterat videri, quàm relicto monumento teſtari poſteris, laborem omnem, quo diu ſperatam Chriſtiano orbi utilitatem, & ævo ſuo claritatem moliebatur, potiſsimum fuiſſe ſuſceptum ad augendam celebritatem Patriæ ſuę? Siquidem ea à nominis

minis ſui ſplendore per omnes mundi plagas diffuſo hanc inſuper Palmam exigere videbatur, ut, quẽadmodum de omnium gentium opulentia ipſa potentiam ornabat ſuam; ita literis earum & ſcientijs huc importatis ſapientiâ lætius floreret, ne quid inter mortales ornamenti effulgeret, quod non participaret luculente. Ad hujus quidem gloriæ aditum, licet arduum, ut patefaceret viam, ille quaſi Tiphys veſter omnes ingenij & fortunæ nervos intendit, ruptâque glacie primus ſulcavit Orientalium omnium Linguarum Oceanum. Quantum autem pro vitæ brevitate induſtriâ ſuâ promoverit, ab alijs malumus prædicari; illud quidem etiam nobis dicere fas ſit, deſudaſſe ſaltem, ut quamplurimum prodeſſet, animumque ejus ad tolerandos hoſce labores mirificè fuiſſe confirmatum, cum perſpiceret eximię illuſtris Ordinis veſtri prudentiæ ſtudia, quæ tractabat, complacuiſſe, ſummoque ea emolumento huic fuiſſe Reipublicæ. Sed multum intereſſe tum ſua, tum poſteritatis exiſtimabat, ut hoc inſtitutum ſuum, & tantæ ſollicitudinis votum palam profiteretur. Hoc autem non alia melius ratione potuit præſtare, quam ſi potentiſsimum nomen veſtrum præſcriberetur tot tantiſque Aſiæ Imperatoribus, quorum Hiſtoriam ab exotici idiomatis caligine vindicavit, atque in hanc lucem demum produxit. Tantoque juſtius Amplitudini veſtræ hoc opus conſecratur, quod ei tot regiones recens inventæ ceſſerint, & excuſsâ barbarie lubentes pareant. Eum quidem in finem hunc ſtudiorum ſuorum partum dudum adornaverat: ſed coronam cum illi imponere, & ſacrâ hac vittâ religare frontem

tem pararet: ſpes ejus & rationes univerſas pręceps neceſsitas incîdit: ita ut hanc nobis curam tradere & demandare cogeretur. Fretus autem ſingulari Clementiæ veſtræ benignitate, quæ viventem ſemper complexa fuit, ſperabat haudquaquam fore, ut ob impotentiam & luctum vicaria hæc qualiſcunque opera ſperneretur. Nihil enim obſtare ſciebat, quo minus, Ampliſsimi Patrię Patres, poſtremum hoc obſervantiæ ſuę teſtimonium, velut omnium ſtudiorum & votorum ſummam, à nobis benignè ſuſciperetis: quin futurum potius judicabat, ut patrocinium, quod importuna calamitas huic operi eripuit, ſacra favoris veſtri auctoritas reddere dignaretur; eaque hac pietate illius, & noſtrâ, moveretur ad familiam hanc felicitate ſuâ & tutelâ orbatam ſalutari pręſidio fovendam atq; protegendam. Quæ familia viciſsim exemplum illius imitata, licet pro communi bono ab infirmitate ſua operam repetere nullam poſsit; quod tamen cunctis æque licet, & plurimum valet, præſtare nitetur ſupplicis illud & aſsiduæ precationis officium, ut Deus Opt. Max. collatam Reipublicę veſtrę dignitatem atque ſalutem ſartam tectam tueatur, & triumphis exaugeat ad nominis ſui ſanctiſsimi gloriam, & propagationem Eccleſiæ ſuæ.

Lugd. Batavorum VI Kal. *April.* CIↃ IↃ XXV.

ILLVSTRISS. & POTENTISS.

Amplitudinis veſtræ

Humillimi & ſubjectiſſimi clientes

Vidua & Orphani ERPENIANI.

AD

BENEVOLVM LECTOREM

IACOBI GOLII Haghienſis

PRAEFATIO.

MVLTÒ magis mihi dolet, benigne Lector, quod hoc officium præſtare debeam, quam tibi proculdubio diſplicebit, quod non melius queam. Difficillimum enim, atque adeo temerarium videtur, præceptoris ſui, præſertim qui in arte ſua parem habeat neminem, explere vicem velle. Quod ſi idem amicus ſit incomparabilis, ſanè tum & acerbiſſimum fuerit. Sed pietas tua, confido, propitia pietati favebit meæ, ut cum omnia clariſſimi Erpenij illius chara ſemper habueris, extrema jam morientis vota haud deſpicias: ac neque eum aſperneris, qui, morem ijs gerere juſſus, neutiquam id detrectârit. Equidem mihi conſcius ſatis ſum imbecillitatis meæ: verum tot tantiſque nominibus obſtrictus Erpenio τῷ μακαρίτῃ eram, ut haud ullum obſervantiæ aut obſequij genus, quia vires excederet meas, declinare fas putarem. Quamobrem æqui bonique conſule, quod ex teſtamento illius audeam foras producere hanc diu exſpectatam ejus prolem, non eo quidem apparatu, quem ipſe meditatus fuerat; ſed ſimplici & inculto, prout in tanto luctu decet. Inſignia quidem decreta illi ornamenta erant: ſed ea, ut lethali morbo quaſi de cœlo tactus ipſe fuit, cum florentiſſima ingenij meſſe univerſa derepente conflagrârunt. Non debet tamen calamitas illa hoc monumentum fraudare honore, quem promeretur, ſed eo commendatius eſſe convenit, quod unicum ex tanta jactura ſervatum fuit. Adde quod per ſe facile hoc opus nomen decuſque ſuum tueatur. Quippe & exacta in eo Arabici imperij lineamenta habes, cujus hactenus notitia Europam fugit, & magnum ſimul Arabicæ linguæ adjumentum, cujus veluti admiratio, ita intelligendæ cupido, multorum animos inceſſit. Nobilis adeo operis poteſtatem vetus Heidelbergenſis Bibliothecæ liberalitas fecit. Vt vero uſui tibi fructuique ſit, ſumma effecit induſtria doctiſſimi interpretis: cui Muſæ Orientales, ut, hiſce in oris, quam habent, vitam acceptam ferunt; ita, ſi quam habituræ ſint, gloriam debebunt. Ad Auctorem quidem ipſum Arabem quod attinet, Chronologiam ille potius Muhammedici Imperij, quam Hiſtoriam contexuit. Nam à prima Muhammedis factione, tanquam Aera exorſus, quid ſingulis deinceps annis acciderit, aut geſtum ſit, præſertim in Arabia,

Arabia, Syria, Aegypto & Perſide, paucis perſtringit; ita ut ſingulares rerum occaſiones, conſilia, variaſque fortunas, extremis digitis attingat verius, quam pertractet. Accuratius vero τῆς πραγματικῆς ἱστορίας ſtudium innumeri ferè ex Arabibus conſectati fuerunt. Nulla quippe fuit regio, nulla civitas, nullus princeps factis clarior, nulla denique proſapia illuſtrior, quæ nacta non ſit ſuos hiſtoricos, eoſque percelebres. Videntur enim Muhammeticæ ſectæ Antiſtites, ut imperium conſervarent, legeſque ac religio mutationi minus obnoxiæ forent, ſedulo operam hanc dediſſe, ne extraneæ Hiſtorię illicio eruditi caperentur; ſed in domeſticas potius omne ſtudium conferrent. Quippe in illo regno multum expedit, ut in ejus inſtitutis & commodis populus ſibi totus placeat, neque alia perſpecta habeat, ad quæ impotens illius & curioſa libido ferri poſſit. Patriam verò Auctoris, ut ad eum revertar, ſi fortè ſciſcitaris, ea Aegyptus fuit, ubi annis ab hinc CCCCxx vitam ipſe primam agere cœpit. Eam ſanè laudabiliter adeo inſtituit, ut Imperij etiam Principes eandem probarent. Nam ipſo velut Notario uſi fuere ad ſecretiora conſilia: ad quem dignitatis gradum ſub Muhammetico jugo, non niſi per ſummas virtutes, via patet homini Chriſtiano. Qualem fuiſſe noſtrum Georgium, liquidò conſtat, tam ex ipſo nomine, quàm etiam quod ſolenni præfatione abſtineat, quâ religionem Muhammedani ſuam profiteri ſuperſtitiosè ſolent. Huc accedit, quod res Chriſtianorum, Eccleſiaſticas præſertim, & multas quidem ad ipſorum laudem, in Annales ſuos tam diligenter referat. At hoc piaculum haberetur apud Pſeudoprophetæ aſſeclas. Nec obſtat, quod horum nomina & memoriam reverentiâ quadam dignari videatur. Quippe hoc illi dictabat prudentia & circumſpectio, cum qua in iſta illi tyrannide vivendum erat: atque his virtutum inſignibus, tanquam familiæ ejus hæreditarijs, majores etiam nullo non tempore excelluerant; quorum hiſtoriâ, Epiphonematis loco, hoc illius Chronicon clauditur. Eo quidem concinnando multum gloriæ ſibi Auctor, & majoribus, addidit: ſed tantundem ſibi maximus Erpenius ex ſtudio ſuo vindicat, qui nitorem hiſce illius Annalibus ademptum in ſolidum reddidit. Nam licet Niloticus hunc Codicem calamus exaraverit, nimium tamen feſtinantis incuria eundem peſſimè deformarat, crebrâ imprimis omiſſione orthographicæ punctationis: quod quidem vitium, omnia mirum in modum luxat, & incerta reddit: ita ut ſæpenumero vatem prius agere debuerit, quam interpretem poſſet. & quo fœlices conjecturas autoritas etiam certiores redderet, non multifariam tantum, atque ſedulò locorum collationem adhibuit: ſed alijs etiam innixus fuit, ijſque præclaris rerum Orientalium ſcriptoribus: quales ſunt Abulfeda Geographus, Abugja-

farus

farus Tabarita, ex quo Chronologus ipſe noſter pleraque decerpſit ſua, & Mircondus, Perſicus auctor celebertimus; ſine quibus haud poſſibile fuiſſet tot vada ſuperare: ſæpiuſque animum abjeciſſet, niſi ad promovenda hæc ſtudia ita fuiſſet accenſus, ut quovis facilè penetraret: præſertim quia compertum ipſe habebat, plus eſſe in receſſu hujus Chronologiæ, quam in fronte appareat, eamque æſtimandam veluti lumen noctu accenſum, non ob ſpeciem, ſed ob uſum. Nam Artium magiſtros ſi excipias, vix in Arabicum auctorem incidas, cui intelligendo, in multis ipſa non alluceat.

Alterum reſtat de verſione ipſa, in qua Interpres non tam ornatę dictioni ſtudet: quam ut Arabicæ linguæ phraſis, atque ἐνέργεια, diſtinctius exprimatur. Quamobrem & media incedit viâ inter paraphraſin eoſdem ſenſus pleniore oratione æmulantem, & ſimplicem, anxiamq; nimis vocum tranſlationem; quæ linguæ ſtudioſos parum docet; alijs vero aut ridicula apparet, aut faſtidium movet. Nam quod omnibus linguis cõmune eſt, id primitivis illis, & Arabicæ præſertim, velut propriumvidetur, ut certam quandam elocutionis vim, ac legem habeat, ita alienam ab ea, quæ in cęteris obtinet, ut quaſi ἀσύμβολα verbatim commutari cum illis nullo modo poſſit: haud magis ſanè, quam in Oriente Arabi decorum foret, habitu noſtrate, moribuſque uti. Quod ſi verſio ſubinde carminibus adſcripta genio tuo allubeſcat minus, ſcito, nec Interpretem in ea ſatisfeciſſe ſibi, deſtitutum poëticis illis monumentis, ſine quibus depravatæ aut neglectæ ſcriptionis vitia curari non poterant. Palmarium ipſi fuit, emendationis limâ, ubi opus erat, ipſam Hiſtoriam expolire; ejuſque metaphraſin Philarabũ ſtudijs promovendis adaptare. Ita ut ſtyli cultum in ea requirere nemo debeat; neque etiam offendi, ſi quædam non minus prodigioſa appareant, quam inaudita ſunt: qualia imprimis cenſeas propria virorum nomina: quæ in ipſo idiomate, ut antiquiſſimam; ita & concinnam ratione, & inſignem vim ſignificandi habent; Latinè tamen redditis nihil abſurdius inveniri queat. Quicunque porrò ſcrupulus alius hærere poſſet, exemptus tibi, benevole Lector, is penitus fuiſſet, ſi vir ille ſummus Colophone huic operi addere ex voto potuiſſet. Nam & curioſas in Arabicum contextũ, propriamque verſionem notas conceperat; multa etiam ad terrarũ imperij Arabici deſcriptionem pertinentia, multa de Principum genealogia, deque horum Annalium ad Ottomannum uſque continuatione, accuratè expenderat: Sed ea ferè omnia in mentis theſauro recondita, unde, velut è copiæcornu, currenti prelo cuncta ſolebat promptè ſuppeditare, unà cum tam illuſtri anima, fataliter nobis erepta ſunt. Non poſſunt quidem non ab omnibus deſiderari illa; ſed cum votis hujuſmodi nihil proficiamus, gratulari potius

Arabia, Syria, Aegypto & Perſide, paucis perſtringit; ita ut ſingulares rerum occaſiones, conſilia, variaſque fortunas, extremis digitis attingat verius, quam pertractet. Accuratius vero τῆς πραγματικῆς ἱστορίας ſtudium innumeri ferè ex Arabibus conſectati fuerunt. Nulla quippe fuit regio, nulla civitas, nullus princeps factis clarior, nulla denique proſapia illuſtrior, quæ nacta non ſit ſuos hiſtoricos, eoſque percelebres. Videntur enim Muhammeticæ ſectæ Antiſtites, ut imperium conſervarent, legeſque ac religio mutationi minus obnoxiæ forent, ſedulo operam hanc dediſſe, ne extraneæ Hiſtorię illicio eruditi caperentur; ſed in domeſticas potius omne ſtudium conferrent. Quod quidem in illo regno multum expedire videtur: ut quod ſeveritate potius, quàm æquitate conſiſtat: eoque fieri aliter nequit, quin imperantes à ſubditis ſibi metuant ad rebellionem natis. Patriam verò Auctoris, ut ad eum revertar, ſi fortè ſciſcitaris, ea Aegyptus fuit, ubi annis ab hinc CCCCXX vitam ipſe primam agere cœpit. Eam ſanè laudabiliter adeo inſtituit, ut Imperij etiam Principes eandem probarent. Nam ipſo velut Notario uſi fuere ad ſecretiora conſilia: ad quem dignitatis gradum ſub Muhammetico jugo, non niſi per ſummas virtutes, via patet homini Chriſtiano. Qualem fuiſſe noſtrum Georgium, liquidò conſtat, tam ex ipſo nomine, quam etiam quod ſolenni præfatione abſtineat, quâ religionem Muhammedani ſuam profiteri ſuperſtitiosè ſolent. Huc accedit, quod res Chriſtianorum, Eccleſiaſticas præſertim, in Annales ſuos tam diligenter referat. At hoc piaculum haberetur apud Pſeudoprophetæ aſſeclas. Nec obſtat, quod horum nomina & memoriam reverentiâ quadam dignari videatur. Quippe hoc illi dictabat prudentia & circumſpectio, cum qua in iſta illi tyrannide vivendum erat: atque his virtutum inſignibus, tanquam familiæ ejus hæreditarijs, majores etiam nullo non tempore excelluerant; quorum hiſtoriâ, Epiphonematis loco, hoc illius Chronicon clauditur. Eo quidem concinnando multum gloriæ ſibi Auctor, & majoribus, addidit: ſed tantundem ſibi maximus Erpenius ex ſtudio ſuo vindicat, qui nitorem huic ſcripto ademptum in ſolidum reddidit. Nam licet Niloticus hunc Codicem calamus exaraverit, nimium tamen feſtinantis incuria eundem peſſimè deformarat, crebrâ imprimis omiſſione orthographicæ punctationis: quod quidem vitium, in metris præſertim & proprijs nominibus, commiſſum, dici haud poteſt, quàm omnia luxet, & incerta reddat: ita ut ſæpenumero vatem prius agere debuerit, quam interpretem poſſet. & quo fœlices conjecturas autoritas etiam certiores redderet, non multifariam tantum, atque ſedulò locorum collationem adhibuit: ſed alijs etiam innixus fuit, ijſque præclaris rerum Orientalium ſcriptoribus: quales ſunt Abulfeda Geographus,

Abu-

Abugjafarus Tabarita, ex quo Chronologus ipſe noſter pleraque decerpſit ſua, & Mircondus, Perſicus auctor celeberrimus; ſine quibus haud poſſibile fuiſſet tot vada ſuperare: ſæpiuſque animum abjeciſſet, niſi ad promovenda hæc ſtudia ita fuiſſet accenſus, ut quovis facilè penetraret: præſertim quia compertum ipſe habebat, plus eſſe in receſſu hujus Chronologiæ, quam in fronte appareat; eamque æſtimandam veluti lumen noctu accenſum, non ob ſpeciem, ſed ob uſum. Nam Artium magiſtros ſi excipias, vix in Arabicum auctorem incidas, cui intelligendo, in multis ipſa non alluceat.

Alterum reſtat de verſione ipſa, in qua Interpres non tam ornatæ dictioni ſtudet: quam ut Arabicæ linguæ phraſis, atque ἐνέργεια, plenius exprimatur. Quamobrē & mediâ incedit viâ inter paraphraſin eoſdem ſenſus ampliore oratione æmulantem, & ſimplicē, anxiamque vocum tranſlationem; quæ linguæ ſtudioſos parum docet; alijs vero aut ridicula apparet, aut faſtidium movet. Nam quod omnibus linguis commune eſt, id primitivis illis, & Arabicæ præſertim, velut proprium videtur; ut certam quandam elocutionis vim, ac legem habeat, ita alienam ab ea, quę in cæteris obtinet, ut quaſi ἀσύμβολα commutari cum illis nullo modo poſſit: haud magis ſanè, quam in Oriente Arabi decorum foret, habitu noſtrate, moribuſque uti. Præterea hæc lingua reliquas omnes idiotiſmis ſuis longiſſimè ſuperat; ita ut integros conceptus, & quos aliæ non niſi pluribus effari poſſunt, privis ipſa vocibus exprimat. Ideoque, ut fructum hæc verſio afferret, quem debebat, circumlocutione ſæpius adjuvanda fuit; & tali quidem, quæ non elegantior, ſed exponendo Arabiſmo aptior videbatur. Ita ut ſtyli cultum in hac metaphraſi requirere nemo debeat; neque offendi, ſi quædam non minus prodigioſa appareant, quam inaudita ſunt: qualia imprimis cenſeas propria virorum nomina: quæ in ipſo idiomate, ut antiquiſſimam; ita & concinnam rationem, & inſignem vim ſignificandi habent; Latinè tamen redditis nihil abſurdius inveniri queat. Quicunque porrò ſcrupulus alius hærere poſſet, exemptus tibi, benevole Lector, is penitus fuiſſet, ſi vir ille ſummus Colophonem huic operi addere ex voto potuiſſet. Nam & curioſas in Arabicum contextum, propriamque verſionem notas animo conceperat; multa etiam ad terrarum imperij Arabici deſcriptionem pertinentia, multa de Principum genealogia, deque horum Annalium ad Ottomannum uſque continuatione, accuratè expenderat: Sed ea in mentis theſauro recondita, unde, velut è copiæcornu, currenti prælo cuncta ſolebat promptè ſuppeditare, unà cum tam illuſtri anima, fataliter nobis erepta ſunt. Non poſſunt quidem non ab omnibus deſiderari illa; ſed cum votis hujuſmodi nihil proficiamus, gratulari potius

tius nobis debemus, quod reliqua habemus; quibus haſce litteras in iſta vitæ brevitate, expeditiores, atque excultiores reddidit, quàm multis retro ſeculis evadere potuerant.

Pro corollario autem huic operi additam invenies, compendioſam Arabum Hiſtoriam, ab Archiepiſcopo Toletano, Roderico Ximenez, conſcriptam; & ex Arabicis procul dubio monumentis depromptam: quâ eorum res geſtæ in expugnanda Hiſpania potiſſimum recenſentur; quarum Chronologus noſter nullus meminit. Edita quidem illa antea fuit, ſed mendosè admodum: quod vero nunc emendatiùs, ac nitidiùs prodit, Erpeniana præſtitit induſtria; quæ ope codicis manuſcripti vehementer adjuta fuit. Atque hanc etiam partem decreverat Erpenius exornare cultu ferè iſtiuſmodi, qualem reliquo corpori deſtinaſſe diximus. Sed neque id communis illa calamitas permiſit. Hæc quidem ſunt, humaniſſime Lector, quę ut intelligeres & tua videbatur referre, & memoriæ præceptoris mei; cujus ego autoritate compulſus, quam defugere nefas ducebam, hoc officij ſuſcepi: quod vero haud dignius eo functus ſim, ne indignè feras etiam atque etiam rogo; præſertim ſi in duobus poſtremis Hiſtoriæ capitibus, ad quæ, proximè ab meta, Interpretis abrupta eſt opera omnis, quædam reperias non Erpeniana. Pro ingenij modulo hoc conatus fui, ut præceptoris veſtigijs, uti in reliqua verſione expreſſa ſunt, quam maximè inſiſterem: ſi vero hallucinatus alicubi fuerim, hoc diſcipulo condonare velis in gratiam magiſtri. Iniquiſſimum enim videatur, ut imperitiæ alienæ nævi reliqui corporis nitori noceant. Vale, & hæc ſtudia, quo ſoles, amore proſequere.

SERIES

SERIES CHALIFARVM,

Quorum res geſtæ hac Hiſtoria referuntur.

		Pagina.
1	MVhammed Abulcaſimus.	2
2	Abubecrus Iuſtus.	18
3	Omar fil. Alchittabi.	24
4	Otſman f. Affani.	36
5	Alis f. Abutalibis.	42
6	Haſenus f. Alis.	51
7	Muavias f. Abuſofiani.	54
8	Iezidus f. Muaviæ.	59
9	Muavias f. Iezidi.	65
10	Abdalla f. Zubeiri.	66
11	Mervvan f. Hakemi.	67
12	Abulmelicus f. Mervvanis.	69
13	Walid f. Abulmelici.	84
14	Suleiman f. Abulmelici.	87
15	Omar f. Abdulazizi.	90
16	Iezidus f. Abdulmelici.	93
17	Hisjamus f. Abdulmelici.	95
18	Walid f. Iezidi.	100
19	Iezidus f. Walidis.	103
20	Ibrahimis f. Walidis.	104
21	Mervvan f. Muhammedis.	106
22	Abdalla Saffahus Abulabbas f. Muhammedis.	113
23	Abugjafar Almanſor ſ. Muhammedis.	120
24	Muhammed Mahadis f. Almanſoris.	127
25	Muſa Alhadis f. Mahadis.	140
26	Abugjafar Haron Rasjidus.	143
27	Abdalla Elamimis.	157
28	Abulabbas Almamon.	166
29	Muhammed Mutaſimus Billa.	178
30	Haron Wacicus Billa Abugjafar.	184
31	Gjafar Abulfadlus.	186
32	Muhammed Abugjafar Muſtanſirus Billa.	196
33	Ahmed Abulabbas Muſtaïmus Billa.	199
34	Muhammed Abuabdalla Mutazzus Billa.	203
35	Muhammed Abuabdalla Muhtadis Billa.	207
36	Ahmed Abulabbas Mutamidus Alalla.	210
37	Ahmed Abulabbas Mutadidus Billa.	222
38	Abu-Muhammed Muctafis Billa.	228
39	Gjarfar Abulfadlus Muctadirus Billa.	233
40	Muhammed Abulmanſor Kahirus Billa.	249
41	Ahmed Abulabbas Azzadis Billa.	252
42	Ibrahimus Abu-Ishacus Moctafis Billa.	262
43	Abdalla Abulcaſimus Muſtacfis Billa.	268
44	Fadlus Abulcaſimus Mutius Billa.	273
45	Abdulkerimus Abubecrus Taius Lilla.	288
46	Ahmed Abulabbas Cadirus Billa.	316
47	Abdalla Abugjafar Caijmus Biamrilla.	330
48	Abdalla Abulcaſimus Muctadis Billa.	347
49	Ahmedus Abulabaſus Muſtadirus Billa.	359

FINIS.

UNED

SARACENICÆ HISTORIAE

Liber Primus,

DE

Imperij Saracenici origine & incrementis.

AVCTORIS PRAEFATIO.

In nomine Dei misericordis miseratoris: in quo & auxilium meum.

بسم الله الرحمن الرحيم وبه توفيقي *

Dei Laus.

AVDETVR *omnibus linguis Deus sanctus; glorificatus in celsitudine throni sui, ab omnibus creaturis; distinctus necessitate existentiæ ab omni ente; separatus nominum admirabilitate, & attributorum nobilitate; excellens supra potentiam virtutis suæ, & majestatem magnitudinis suæ; supra omne simile robore suo, magnitudine, & immensitate. Laudabo eum cum gratiarum actione, pro datis beneficijs, & quæ abundè largitus est donis.*

الحمد لله المقدس بجميع اللغات الممجد في سمو عرشه من سايرالمخلوقات المتميز بوجوب الوجود عن جميع الكاينات المنفرد ببديع الاسماء وشريف الصفات المتعالي عن عز عزه وجلال كبريايه عن الاشباه والنظر بما له من الجبروت والعظمة والكبرياء احمده حمدا شاكرا علي ما اولي من النعماء واجزل من العطاء ۞

Auctoris propositio.

VT Historiam legi Clarissimi & Doctissimi Viri Muhammedis Abugjafaris filij Gjariri Tabaritæ, felicis memoriæ, eamque vidi prolixam admodum esse in narrationibus, ac allegationibus, & commemoratione casuum, & causarum eorum, quæque ad ea comprobanda adducit testimonijs: nec non selectum ex illa opus Doctissimi Domini Kemaluddini Armunæi, & complura alia compendia; selegi ex ijs Historiam; in compendium contrahens sermonem, res autem ipsas & ordinem retinens, nec ullũ prætermittens

Operis ratio.

وبعد فاني لما وقفت علي تاريخ الامام العالم ابي جعفر محمد بن جرير الطبري رحمه الله ورايت فيه من التطويل في الشروح والاسنادات وذكر الوقايع واسبابها وما اورد عليها من الاستشهادات ثم علي المنتخب منه للشيخ العالم كمال الدين الارموني ثم علي عدة مختصرات اخترت منها تاريخا اوجزت فيه الكلام وحفظت المعني والنظام ولم اخل بشي

من الوقايع المشهورة والحوادث المذكورة وابتدات فيه باخبار صاحب شريعة الاسلام عليه افضل الصلاة والسلام وذكرت مولده ونسبته الي ان هاجر الي المدينة ثم ذكرت غزواته وفتوحاته وما جرت عليه حاله الي ان انتقل الي رحمة الله ورضوانه ثم من بعده من الخلفا الراشدين علي ترتيبهم في الازمان والسنين ومن بعدهم من الملوك في ساير الاقاليم والحوادث الكاينات في ايامهم في كل سنة علي ترتيب سني الهجرة الي ان ملك السلطان الملك الطاهر ركن الدين بيبرس رحمه الله ۞

casum nobilem, aut rem gestam memoratu dignam. Initium autem sumpsi ab historia Auctoris Islamismi †, glorioſæ memoriæ, commemorans nativitatem ejus, genealogiam, & res gestas, donec fugit Medinam : deinde autem bella ejus, & victorias, omnemque fortunam, donec è vita excesit. Hinc de orthodoxis Chaliphis ordine egi, observata temporum, & annorum serie. Post hos autem de cæterarum provinciarum Reglbus, ijsque rebus quæ tempore eorum acciderunt, secundum seriem annorum Hegiræ † : donec regnavit Sultan Rucnuddinus Rex Sanctus, felicis memoriæ †.

CAPVT PRIMVM.

الاول من امراء المسلمين ابو القاسم محمد صلي الله عليه وسلم *

Primus Muſlimorum Imperator fuit Muhammed Abulcasimus, *glorioſæ memoriæ.*

الشيخ الامام ابو جعفر قال محمد بن جرير الطبري رحمه الله اول من اظهر دين الاسلام وقام بامره ابو القاسم محمد بن عبد الله بن عبد المطلب بن هاشم بن عبد مناف واسم امه امنة بنت وهب بن عبد مناف ۞

قال انه صلي الله عليه ولد ببطحا مكة في الليلة المسفرة عن صباح يوم الاثنين لثمان خلون من ربيع الاول يوافقة من شهور الروم الثاني والعشرون من نيسان سنة اثنين وثمانين وثمان ماية للاسكندر ذي القرنين ۞

قال وتوفي والده قبل مولده بشهرين وتوفت والدته وعمره ست سنين وكفله جده عبد المطلب الي ان بلغ ثماني سنين وتوفي جده وعمره ماية وعشر سنين وكفله عمه ابو طالب واحسن كفالته ۞

قال ولما تكامل له اربعون سنة دعي وذلك في يوم الاثنين للبلتين خلتا من شهر ربيع الاول سنه اثنتي وعشرين وتسع ماية للاسكندر ذي القرنين وهي سنة عشرون من ملك

RELIGIONEM *Islamismi (ait Muhammed Abu gjafar filius Gjariri Tabarita) primus manifeſtavit, & obſervavit Muhammed Abulcaſimus, filius Abdallæ, filij Abdulmutalibis, filij Hasjemi, filij Abdumenafi. Nomen matris ejus erat Emina, quæ filia erat Wahebi, filij Abdumenaſi.* Muhammedis genealogia.

Natus autem eſt Muhammed, glorioſæ memoriæ, in Valle lapidoſa urbis Meccæ, circa auroram diei Lunæ, qui octavus erat menſis Rabij prioris : cui reſpondet è menſibus Romanorum † 22 dies menſis Niſani, anni octingenteſimi octogeſimi ſecundi Alexandri Magni. Patria. Nativitas.

Obijt autem pater ejus duobus menſibus antè, quàm naſceretur : mater verò, cum ſex annorum eſſet. Educavitque eum avus ſuus Abdulmutalib, donec annum attigit octavum : nam & hic tunc obijt, annos natus 110 : ac educavit eum optimè patruus ſuus Abutalib. Educatio.

Vt autē annos implevit 40, vocatus fuit (ad munus propheticum) die Lunæ, qui ſecundus erat menſis Rabij prioris; anno 922 Alexādri Magni; qui erat vigeſimus regni Coſroæ, Vocatio.

Aſſeclæ. *Coſroæ, f. Hormiſdæ, f. Nausjerwani. Prima in prophetiam ejus credidit Chadigja filia patrui ejus; hinc ejus ſervus Zeidus filius Harithæ; deinde Alis filius Abutalibis, felicis omnes memoriæ. Poſtea acceſſit quoque Abubecrus, cum quinque alijs: qui omnes ad Iſlamiſmum ab eo vocati obtemperaverunt: ſuntque Otſman filius Affani, Zubeirus filius Awami, Abdurrahman filius Aufi, Saadus filius Abuwaccaſi, & Obeidalla filius Algjarahi. Atque hi novem præiverunt ad Iſlamiſmum.*

Doctrina. *Anno autem ætatis ſuæ 44 manifeſtavit vocationem: ante enim clanculum tantum invitabat ad Iſlamiſmum. Publicata autem vocatione, juſſit credere in ſolum Deum, eumque colere, & adorare; deſtruxitque idolorum cultum: præcepit circumciſionẽ: ſancivit jejunium menſis Ramadani; quinq; orationes; munditiem; peregrinationẽ ad Templum Meccanum; & ne comederetur ſanguis, morticinium, aut caro porcina. atq; eos qui hæc non obſervabant bello vexabat, & oppugnabat.*

Adverſarij *Acceſſerunt autem ad eum Chriſtiani, tum Arabes, tum alij, eoſque in fidem ſuam recepit, ſcripto illis ſecuritatis ſymbolo. Ita & Iudæi, Magi, & Pagani, aliq; qui fidelitatis ei juramentum præſtiterunt, fidem ab eo liberam ſunt conſequuti: eâ tamen lege, ut tributum & cenſum penderent. Iuſſit quoq; credere veritatem Prophetarum, & Apoſtolorum, quiq; ad eos demiſſi ſunt librorum. Item Chriſtum filium Mariæ Spiritum Dei eſſe, & Verbum ejus, atque Apoſtolum: approbavitque Euangelium, & legem Moſaicam. De hiſce conſentire noluerunt Coraiſitæ; qui ei fortiter reſtiterunt, atque inimicitias denuntiaverunt. At ſtrenuè eum juvit patruus ſuus Abutalib, vetuitque, ne quis cum gladio ad eum accederet.*

Converſio Omaris. *Anno autem quinto credidit Omar f. Alchittabi, fel. mem. fideque ſua reliquos Muſlimos confirmavit: crediderantque jam tum 39: ita ut ipſe fuerit quadrageſimus. Anno 8 diploma ſcripſerunt Coraiſitæ, Ne filij Hasjemi cum filijs Almutalibis fœdus inirent, aut miſcerentur: idque in templo Meccano ſuſpenderunt.*

كسري بن هرمز بن نوشروان فاول
من امن بنبوته خديجة بنت عمه ثم مولاه
زيد بن حارثه ثم علي بن ابي طالب
رضي الله عنهم اجمعين ثم جاء ابو بكر
بخمسة نفر دعا جميعهم الى الاسلام
فاجابوه وهم عثمان بن عفان والزبير
بن العوام وعبد الرحمن بن عوف
وسعيد بن ابي وقاص وعبيد الله
بن الجراح هولاء التسعة سبقوا الى
الاسلام ۞

قال وفي السنة الرابعة والاربعين
من عمره اظهر الدعوة فانه كان
قبل ذلك يدعو الى الاسلام سرا
فلما اظهر الدعوة امر بالايمان بالله
وحده وعبادته والسجود له ورفض
عباده الاصنام وامر بالختان وفرض
عليهم صوم شهر رمضان والصلوات
الخمس والزكاة والحج الى بيت الله
الحرام وان لا يوكل الدم والميته ولحم
الخنزير فمن امتنع من ذلك قاتله
وحاربه ۞

قال واتاه النصاري من العرب
وغيرهم فامنهم وكتب لهم كتبا
وكذلك اليهود والمجوس والصابه
وغيرهم فبايعوا له واخذوا منه الامان
علي ان يودوا الجزية والخراج وامر
امته بتصديق الانبياء والرسل وما
انزل عليهم وان المسيح ابن مريم
روح الله وكلمته ورسوله وصدق
الانجيل والتوراة * فلم يوافق قريش
علي ذلك وردوه اشد رد ونصبوا له
العداوة فقام بنصرته عمه ابو طالب
احسن قيام ومنع ان يصل اليه احد
بمكروه ۞

وفي السنة الخامسة اسلم عمر بن
الخطاب رضي الله عنه فقوي المسلمين
باسلامه وكانوا يوم اسلموا تسعة
وثلثون وتكملوا به اربعون * وفي
السنه الثامنة كتب قريش صحيفة
الا يعاملوا بنو هاشم بني المطلب ولا
يخالطوهم وعلقوها في الكعبه ۞

Anno autem 10 vita defunctus est Abutalib, religioni suorum addictus, annos aliquot natus supra 80. & Coraisitæ confirmati sunt, crevitque potentia, & spes eorum. Mors Abutalibis.

Eodem hoc anno excurrit Propheta gloriosæ memoriæ Tajifam, incolasque ejus ad Islamismum invitavit, sed non paruerunt ei: cumque illic mensem substitisset, reversus est Meccam. Duxit quoque hoc anno uxores, Abubecri Iusti filiam, & Sewdam f. Zamaæ. Anno autem 12 accidit Mesra†. Muhammedis iter. Duplex matrimonium.

Anno verò 13 venerunt ad eum quidam Awasi & Charrazi, viri nempe 73, & mulieres duæ, qui super Islamismo fidelitatis ei juramentum præstiterunt. atque ex his duodecim constituit doctores: qui ut Medinam sunt reversi, diffusus est in incolis ejus Islamismus; & exstiterunt ejus adjutores. Eodem anno jussit suos migrare Medinam: qui omnes eò egressi sunt, præter Abubecrum, & Alim, qui cum eo remanserunt. Medinensium conversio.

Historia Migrationis Medinam.

ANno (ait Abugjafar Tabarita felicis memoriæ) decimo quarto migravit Muhammed, glorioſæ memoriæ, Medinam, habens apud se Abubecrum Iustum, & Amarum f. Kamræ servum Abubecri. Duxitque eos Abdalla f. Artacati. Alis autem triduum, cum venia ejus, adhuc remansit, ut res suas disponeret: at deinde se ei adjunxit. Ingressus autem est Medinam ipso meridie diei lunæ (secundum alios, Iovis) qui 12 erat mensis Rabij prioris: & diversatus est apud Chalidem Abiobium f. Zeidi; donec templum suum extruxit, & ædes, in quas deinde commigravit. Atque ab hoc anno æra ducitur Hegiræ†: estque annus ætatis Muhammedis glorioſæ memoriæ 54. Migratio seu fuga Muhammedis Medinam. Incidit Hegira seu fuga Muhammedis in 16 Iulij anni æræ Christianæ 622.

Primo Hegiræ anno (ait Abugjafar f. memoriæ) duxit Alis filius Abutalibis Fatimam. Eodem anno Muhammed g. m. patruo suo Hamzæ vexillum dedit candidum, (atque hoc primum fuit vexillum quod cuiquam dedit) misitque cum eo 30 Muslimos: at is non multũ præstitit. Primum Muhammedis vexillum.

Anno

وفي السنة العاشرة توفي ابو طالب علي دين قومه وعمره نيف وثمانون سنة فاشتد قريش وقويت شوكتهم وطمعهم ۞

قال وفي هذه السنة خرج صلي الله عليه وسلم الي الطايف فدعا اهلها الي الاسلام فلم يجيبوه فاقام بها شهرا وعاد الي مكة * قال وفيها تزوج بنت ابي بكر الصديق وسودة بنت زمعه * قال وفي السنة الثانية عشر كان المسري ۞

وفي السنة الثالثة عشر جاء اليه جماعة من الاوس والخزرج وعدتهم ثلثة وسبعون رجلا وامراتان وبايعوه علي الاسلام وجعل منهم اثني عشر نبيا ثم رجعوا الي المدينة وفشا الاسلام في اهلها وصاروا له في المدينة انصارا * وفيها امر اصحابه بالهجرة الي المدينة فخرجوا اليها ولم يتخلف معه الا ابا بكر وعلي رضي الله عنهما ۞

ذكر الهجرة الي المدينة *

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله وفي السنة الرابعة عشر هاجر صلي الله عليه الي المدينة ومعه ابو بكر الصديق وعامر بن فهرة مولا ابي بكر ودليلهم عبد الله بن ارقط وتخلف علي عنه ثلثة ايام باذنه في قضي اشغاله ثم لحق به وكان دخوله الي المدينة يوم الاثنين نصف النهار وقيل يوم الخميس لاثني عشر ليلة خلت من شهر ربيع الاول واقام نازلا علي ابي ايوب خالد بن زيد حتي بنا مسجده ومساكنه ثم تحول اليها وعلي هذه السنة التاريخ بسني الهجرة وهي السنة الرابعة والخمسون من عمر صلي الله عليه وسلم ۞

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله وفي اول سنة من الهجرة تزوج علي بن ابي طالب فاطمة * وفيها عقد صلي الله عليه لعمه حمزه لوا ابيض وهو اول لوا عقده وبعث معه ثلثين من المسلمين ولم يلق كثيرا ۞

UNED

Annus ſecundus Hegiræ cœpit die 5 Iulij, Anno Chriſti 623.

Anno ſecundo commiſſum eſt prælium Badrenſe primum; & prælium Badrenſe maximum, in quo Coraiſitarum duces aliquot fortiſſimi ſunt occiſi. Dieſque erat Veneris, 17 menſis Ramadani. Audiverat enim Abuſofianum f. Harithi in Syriam contendere, cum multis ſarcinis, in quibus pecuniæ erant Coraiſitarum, quas direptum exivit. At Abuſofianus cum ſuis Meccam ſe recepit. Muſlimi numero erant 319, Infideles verò inter 900 & mille. Viceruntque Muſlimi, & Infidelium 70 viros occiderunt, totidemque ceperunt. Muſlimorum autem 14 tantum viri occubuerunt. Facta & plura alia hoc anno ſunt prælia.

Annus tertius cœpit 24 Iunij. A.C. 624.

Anno autem tertio Iudæos in arcibus eorum obſedit, 15 dierum obſidione, ita ut in arbitrium ejus ſe darent, eoſque abduceret, & opes eorum diriperent Muſlimi.

Caabus hoſtis Muhammedis.

Eodem anno cohortem miſit ad occidendum Caabum fil. Alaſrafi, Iudæum, cui erat infenſiſſimus.

Prælium.

Commiſſum & hoc anno certamen eſt, die Sabbathi, circa medium menſis Sjewali, & occupatus mons prope Medinam. Numerus Infidelium erat 3000 peditum, cum quibus 200 erant equites, 3000 cameli, & 15 mulieres. Horum dux erat Abuſofianus, filius Harithi. Muſlimi autem numero erant 1000. Et primum quidem vicerunt Muſlimi; deinde verò Infideles, qui Muſlimos occiderunt ſeptuaginta; inter quos & Hamza erat filius Abdulmutalibis. Dies autem hic infauſtus fuit: quo & ipſe Muhammed, glorioſæ memoriæ, prælio interfuit: petivitque eum telo Ochas filius Abumuqidi, ac fregit dentium inciſorum ejus dexterum, & vulneravit labrum ejus inferius. Abdalla quoq; filius Sjehabi frontem ejus læſit. Sauciata etiam eſt maxilla ejus ſuperior, duoque dentes ejus primores exciderunt. Infidelium autem occiſi ſunt viginti duo.

Muhammed vulneratus.

Cœpit 13 Iunij. A.C. 625.

Anno quarto commiſſum eſt prælium filiorum Nadiri, Iudæorum: qui, munimentis ſuis relictis, finibus ſuis ſtatuerant egredi, & profecti ſunt Chaibaram: quidam tamen eorū in Syriam conceſſerunt. Perſequutus autem eos eſt Mundirus

قال وفي السنة الثانية كانت غزوة
بدر الاولي وغزوة بدر الكبري قتل
فيها صناديد قريش وكانت ليلة
الجمع لسبع عشر ليلة خلت من شهر
رمضان لانه سمع ان ابا سفيان بن
حرث مقبل الي الشام في غر عظيم فيه
اموال قريش فخرج لاخذها فلجا ابو
سفيان بالغر الي مكة وكانت
عدة المسلمين ثلثماية وتسع عشر
وكانت عدة المشركين ما بين
التسع ماية والالف فانتصر المسلمون
وقتلوا من المشركين سبعين رجلا
فاسروا مثلهم واستشهد من المسلمين
اربعة عشر رجلا * قال وفيها كانت
غزوات عدة ۞

قال وفي السنة الثالثة حاصر اليهود
في حصونهم خمسة عشر ليلة حتي نزلوا
علي حكمه واجلاهم واغنم المسلمون اموالهم *
وفيها سير سرية لقتل كعب بن
الاشرف اليهودي وكان شديد
العداوة له صلي الله عليه وسلم * قال
وفيها كان غزوة احدي في يوم
السبت النصف من شوال منها واخذ
جبل قريب من المدينة وكانت عدة
المشركين ثلثة الف رجل ومعهم مايتا
فارس وثلثة الف بعير وخمس عشرة
امراة وقايدهم ابو سفيان بن حرث وعدة
المسلمين الف فكانت الكسرة اولا
للمسلمين ثم كانت للمشركين فقتل
من المسلمين سبعون رجلا منهم حمزة بن
عبد المطلب وكان يوم بلا باشر فيه
صلي الله عليه القتال بنفسه فرماه عقبة
ابن ابي معيط فكسر رباعيته اليمي
وجرح شفته السفلي وشجه عبد الله بن
شهاب في جبهته وجرح في وجنته
وسقطت ثنيتاه وقتل من المشركين
اثنان وعشرون رجلا ۞

قال وفي السنة الرابعة كانت غزوة
بني النظير اليهود ونزلوا من حصونهم علي
الجلاء من بلادهم فخرجوا الي خيبر
ومنهم من سار الي الشام وتبعهم المنذر

بن عمر الساعدي الى بير معاوية وسبعون رجلا من الانصار فقتلوا جميعهم الا كعب بن زيد فانه افلت * وفيها كانت غزوة بدر الاخيرة ۞

قال وفي السنة الخامسة كانت غزوة الخندق فاجتمعت الاحزاب وهم قريش وبنو قريظه والنظير وغطفان وسليم وكان مقدمهم حيي بن اخطب وسلام بن ابي الحقيق وغيرهما من اليهود وجاء يوسف بن حارث يقود قريش واتباعهم في عشرة الف وجاء بنو غطفان وعليهم عيينه بن حصن الفزاري وغيره فاشار سلمان الفارسي رحمه الله بحفر الخندق ونازلهم المشركون بضع وعشرين ليلة ثم ان نعيم بن مسعود الغطفاني اسلم وسعي في تخذيل الاحزاب وافسد فيما بينهم وبين اليهود فانهزموا وكانت عدة من قتل من المسلمين ستة ومن المشركين ثلاثة * قال وفيها كانت غزوة بني قريظه خرج اليهم صلي الله عليه فحاصرهم خمس وعشرين ليلة واشتد عليهم البلاء فنزلوا علي حكم سعد بن معاذ وكان عليلا من الجرح الذي اصابه يوم الخندق فحكم بقتال الرجال وسبي الذراري والنساء فضربت اعناقهم وكانوا ما بين الستماية والسبع ماية منهم حيي بن اخطب وجعلوا في خنادق حفرت لهم بسوق المدينة واقسمت نساؤهم واولادهم واموالهم بين المسلمين وانتقض علي سعد جرحه فمات ۞

قال وفي السنة السادسة كانت صلاة الاستسقاء بالحديبيه * وكانت فيها غزوات منها غزوة بني المصطلق التقاهم في سفان وهزيمهم وقتلهم واباح نساؤهم واولادهم وكان فيهم جويرة بنت الحرث تزوجها صلي الله عليه وجعل صداقها عتق من استرق من قومها * قال وفي هذه السنة كانت غزوة الحديبيه وهي موضع

f. Omaris Saadæus, ad Puteum usque Muaviæ, cum 70 Medinensibus, atque omnes interfecerunt, præter Caabum filium Zeidi, qui evasit. Commissum & hoc anno est prælium Badrense ultimum. Prælium.

Anno autem quinto gestum est bellum Fossæ. Congregatæ erant nationes multæ, Coraisitæ nempe, & Filij Coraidæ, Nadiri, Gatfani, & Selimi: quorum duces erant, Habibus filius Ahtabi, Salamus filius Abulhakiki, aliique Iudæi. Veneratq; Iosephus f. Harithi ut Coraisitas quique eos sequebantur duceret, cum decem hominum millibus: Gatfanitis præerat Atibas fil. Hasani Kararæus, & alij. Selmanus autem Persa auctor fuit, ut foderetur fossa. obsiderunt autem eos Infideles dies aliquot & viginti: Deinde Islamismum amplexus Naimus f. Masudæ Gatfanites magno studio hoc effecit, ut nationes illæ à mutuo auxilio desisterent, fœdusque amicitiæ inter eas & Iudæos destruxit. Inde aufugerunt: occisis Muslimis sex, & tribus Infidelibus. Gestum & hoc anno est bellum Filiorum Coraidæ; contra quos egressus est Muhammed, eosque obsedit dies 25: cumque miseria eorum invaluisset, dederunt se in arbitrium Saadi f. Maadi, qui debilis erat è vulnere quod acceperat tempore prælij Fossæ. Is autē suasit viros omnes interfici, pueros verò & fœminas in captivitatē abduci. Decollati itaque sunt inter sexcentos & septingentos, inter quos & Habibus erat f. Ahtabi, & positi sunt in fossis factis in foro Medinæ: ac partiti inter se sunt Muslimi uxores eorum, liberos, & facultates. Saadus autem ex vulnere illo incrudescente obijt. Cœpit 2 Iunij. A.C 266. Prælium. Prælium.

Anno sexto instituta oratio est, pro sanitate obtinenda†, in Haditia: & plura commissa sunt prælia: inter cætera prælium filiorum Mustalaki; quibus occurrit in Safana: fugavitque & occîdit eos, ac abduxit uxores & liberos eorum: eratque in ijs Gjuweira, filia Harithi, quam duxit Muhammed glor. mem. loco dotis ei dandæ, captos ejus consanguineos dimittens. Commissum quoque hoc anno est prælium Haditiacum: est autem Haditia Cœpit 23 Maij. A.C 627. Prælium. Matrimonium Muhammedis. Prælium.

locus

locus prope Meccam, in via qua itur Gjuddam. Deinde pax facta est inter ipsum & Coraisitas; vt ad decennium liceret arare. Quicunque autem voluit sub fœdere & pacto Muhammedis esse, id est ingressus: ut & qui à Coraisitis stare voluit, ijs se adjunxit. Eaque lege ut, siquis Coraisitarum sine venia Præfecti sui ad Muhammedem transfugeret, is remitteretur ad eum: at qui ex Muhammedanis ad Coraisitas deficeret, absque licentia ejus, non remitteretur ad ipsum. Muhammed autem si cum militibus suis rediret, eo anno, & ad eos ingrederetur triduum mansurus, non ingrederetur cum armis alijs ab armis iter facientis, in vaginis†. Initum autem hoc fœdus induciarum est per Sahlum filium Omaris Amiræum: & scripto mandatum ab Ali filio Abutalibis f. m. Eodem anno, benevolentiam adeptus, inauguratus est, sub arbore, quæ postea perijt, sublata, ut ajunt, aquarum fluxione.

Iudiciæ inter Muhammedē & Coraisitas.

Conditiones iuduciarum.

Inauguratio Muhammedis

قريب من مكة في طريق جدة ثم وقع الصلح بينه وبين قريش على وضع الحرب عشر سنين فن احب الدخول في عقد محمد وعهده دخل فيه ومن احب الدخول في عقد قريش وعهدهم دخل فيه ومن اتي محمدا من قريش بغير اذن وليه رد اليه ومن اتي قريشا من اصحاب محمد بغير اذنه ولم يرد اليه وان يرجع محمد باصحابه عامهم هذا ويدخل عليهم في اصحابه فيقيم ثلاثا لا يدخل عليهم بسلاح الا بسلاح المسافر في القرب وكان الذي وقع معه عقد الصلح سهل بن عمر العامري وكاتب الكتاب علي بن ابي طالب رضي الله عنه * قال وفي هذه السنة تبعه الرضوان وكانت البيعة تحت الشجرة وفقدت بعد ذلك وقيل ان السيول ذهبت بها ۞

Anno septimo suggestum sibi sumpsit Muhammed gl. m. Diciturque uxor ejus dixisse ei. Filium habeo fabrum: An ei præcipiam ut suggestum tibi faciat? Respondit: Etiam. Fecitque ei suggestum è thamarisco silvestri, secundū alios, è thamarisco alba. Constititque gradibus duobus, ac sedili. Ante autem quam hoc suggestum fieret, orationem habens in templo, innitebatur sustentaculo ligneo. Duravit hoc suggestum donec regnavit Muavias filius Abusofiani; qui sex ei gradus adjecit: atque postea immutatum non fuit. Tapetis id primus obtendit Otsman filius Affani.

Cœpit 11 Maij. A.C. 628.

Suggestum Muhammedis.

قال وفي السنة السابعة اتخذ صلي الله عليه وسلم المنبر قيل ان امراته قالت له ان لي غلاما نجارا افلا امره ان يتخذ لك منبرا قال بلا فاتخذ له منبرا من طرفا الغابة وقيل كان من اثل وكان المنبر درجتين ومجلسا وكان قبل المنبر يستند الى جذع في المسجد اذا خطب وبقي المنبر الي ان ولي معاوية بن ابي سفيان فزاد فيه ست درجات ولم يغير بعد ذلك واول من كساه القباطي عثمان بن عفان ۞

Commissum & hoc anno est prælium Chaibarense: Et cepit Muhammed complura propugnacula; dominusque est factus divitiarum quæ in ijs erant. Arctissimè autem obsedit duo castella Watiham nempe & Selalimam; ita ut parum abessent ab interitu, peterentque ab ipso, ut impediret ne sanguis eorum funderetur, utque in terris suis relinquerentur; & acciperet (annuatim) alteram dactylorum eorum partem: id quod ijs concessit; addita tamen conditione, ut, cum vellet, eos ejiceret. His auditis, in eundem modum agere cum illo voluerunt incolæ Badræ, quibus

Prælium.

قال وفي هذه السنة كانت غزوة خيبر وفيها فتح الحصون واستولي على ما كان فيها من الاموال واشتد الحصار على حصنين هما الوطيح والسلالم حتي ايقنوا بالهلكة فسالوا ان يحقن دماءهم ويبقيهم ببلادهم ويأخذ من نخيلهم النصف فاجابهم الي ذلك وشرط انه متي يشاء اخرجهم وبلغ اهل بدر

quibus quoque annuit. & Iudæi etiam manserunt sub hoc fœdere, donec aliquamdiu imperavit Omar filius Alchittabi, qui, ut intellexit Muhammedem gl. m. in morbo suo dixisse, Ne duæ in Arabia concurrant religiones, eos inde ejecit. Vna in Arabia religio.

Factum autem prælium hoc Chaibarense est mense Muharramo. Eodem anno obtulit ei Zeinaba filia Alhariti Iudæa ovem veneno infectam, de qua cum esurus aliquid sumpsisset, dixit, Vtique hoc membrum indicat mihi, veneno se infectum esse. Muhammed divinat.

Anno autem octavo Hegiræ cepit Meccam. violaverant enim Coraisitæ fœdus; Cœpit 30 Aprilis. A.C. 629.

profectusque contra eos est Muhammed cum 10 millibus Muslimorum, donec venit Marwuttahranam: accessitque ad eum patruus ejus Abbas f. Abdulmutalibis Abusofianum filiū Harithi, qui & credidit. Dixitque. Qui ingredietur domum Abusofiani, is securus erit: qui januam suam claudet, is securus erit: & qui ingredietur templum, securus erit. Ingressusque est Meccam sine certamine: & credidit omnis populus ejus, exceptis paucis, quos, fuso eorum sanguine, interfecit. Mecca capitur.

Capta autem est Mecca die 21 mensis Ramadani: & quidem pacificè, ante adhibitam violentiam. Factum quoque hoc anno est prælium Honainicum, estque Honaina vallis notissima. cum enim intellexissent Hawazini Meccam captam esse, convenerunt ad Melicum filium Ausi: & adjunxerunt se ijs Tsakisij, cum uxoribus quoque suis, & opibus. At profectus contra eos est Muhammed cum 12 virorum millibus: & concurrerunt hi duo exercitus in valle Honainæ: fuitque prima victoria Infidelibus: sed his deinde prævaluerūt Muslimi, qui eos in fugam verterunt, atque omnes eorum opes diripuerunt: quæ erant 6000 boves, 24000 capræ, & 40000 oves, & 4000 unciæ argenti: atque occisi hac vice sunt è Tsakisijs 90 viri: Muslimorum vero quatuor tantū homines ceciderunt. Congregatæ a. sunt captivæ omnes & spolia Giaranæ: abijtque contra Tajifam, quam & obsedit: sed ea deinde relicta, venit Giaranā, ubi captivæ erāt Hawazinorum, quorum Prælium.

دلك فسالوا ان يعاملوا بمثله فاجابهم
ولم تزل اليهود على هذه المعاملة
الا الى ان مضي مقدار من خلافة
عمر بن الخطاب فبلغه ما قال صلي الله
عليه وسلم في مرضه انه لايجتمع في
جزيرة العرب دينان فاجلاهم عنها
وكانت غزوة خيبر في المحرم *
قال وفي هذه السنة اهدت اليه زينب
ابنة الحارث اليهودية شاة مسمومة
فاخذ منها لياكل ثم قال ان هذا
العضو ليخبرني انه مسموم ۞

قال وفي السنة الثامنة للهجرة
فتح مكة وذلك ان قريشا نقضت
العهد فسار اليهم في عشرة الف من
المسلمين حتي نزل مرق الظران فاتاه
عمه العباس بن عبد المطلب باني
سفيان بن حرث فاسلم فقال
" من دخل دار ابي سفيان فهو امن
" ومن غلق بابه فهو امن ومن دخل
" المسجد فهو امن ودخل الي مكة من
غير قتال وامن جميع اهلها الا نفرا
قليلا اهدر دماءهم فقتلوا وكان
فتح مكة لعشر بقين من شهر رمضان
وكان فتحها صلحا وقبل عنوه *
قال وفيها كانت غزوة حنين وهو
واد معروف قال ولما سمعت هوازن
بفتح مكة اجتمعت الي مالك بن عوف
فاجتمعت معهم بنوا ثقيف وساروا
بالنساء والاموال فسار اليهم في
اثني عشر الف رجل فالتقا الفريقان
بحنين فكانت الكسرة الاولي
للمشركين ثم بعد ذلك كثرت المسلمون
عليهم فانهزموا وغنموا غنايهم جميعا
وكانت ستة الف من البقر واربعة
وعشرين الفا من المعز واربعين الف
شاة واربعة الف اوقية فضة وقتل من
بني ثقيف في هذه الدفعة تسعون رجلا
ولم يقتل من المسلمين سوي اربعة نفر
وجمعت السبايا والاموال بالجعرانه
ومضي الي الطايف وحصرها ثم رحل عنها
ونزل بالجعرانه وفيها سبايا هوازن

quorum legati eum adierunt, rogantes ut gratioſe ijs uxores eorum reſtitueret, & dicentes eas amitas ejus eſſe, & materteras: unde optionem ijs dedit uxorum, & liberorum, atque opum. At ipſi uxores elegerunt, & liberos, quos & ijs tradidit: diſtribuitque opes eorum Muſlimis. Eodem anno venit ad eum Gjaranam Melicus filius Auſi, & credidit: unde & bona ejus ei reſtituit. Præfecit autem Meccæ Gajatum filium Aſedi.

فاتي وفدهم اليه وسالوه ان يمن عليهم بها وقالوا انما هن عماتك وخالاتك فخيرهم بين النسا والابنا والاموال فاختاروا النسا والابنا فسلمها اليهم ثم فرق الغنايم علي المسلمين * قال وفيها اتاه مالك بن عوف بالجعرانه فاسلم فرد عليه ماله واستخلف على مكة عتاب بن اسد ۞

Cœpit 20 Aprilis. A.C. 630.

Anno autem nono geſtum eſt bellum Tebucenſe: pacemque fecit (Muhammed) cum Principe Daumæ, & Principe Eilæ, ea lege, ut tributum penderent. cumque Tebuci decem ferè dies ſubſtitiſſet, diſceſſit Medinam menſe Regjebo. Atque illud ultimum ejus fuit bellum, in quo Otſman filius Affani in exercitum erogavit mille aureos. Eodem hoc anno Iſlamiſmum amplexi ſunt Tajiſij: quibus præfecit Otſmanem filium Abulaſi. miſitque Abuſofianum filium Harithi, filij Sjuabæ deſtructum inſtrumenta eorum bellica.

قال وفي السنة التاسعة كانت غزوة تبوك فنزل عليها وصالح صاحب دومه وصاحب ايله على ادا الجزية واقام بتبوك دون عشرة ليال ثم انتقل الي المدينة في شهر رجب * قال وهي اخر غزواته * وفي هذه الغزوة انفق عثمان بن عفان في الجيش الف دينار * قال وفي هذه السنة اسلم اهل الطايف وامر عليهم عثمان بن ابي العاص وبعث ابا سفيان بن حرث بن شعبه هدما الالات التي كانت عندهم ۞

Cœpit 9 Aprilis. A.C. 631.

Anno decimo frequentes eum convenerunt Arabes: atque Iſlamiſmum homines amplexi ſunt; & verbum ejus eſt confirmatum. Eodem anno defecit pſeudopropheta Muſeilema: decens ſe ſocium ejus eſſe, in munere prophetico: & ſequuti eum ſunt ſui, ex filijs Hanifæ, Iamamæ. Eodem anno Muhammed glor. mem. peregrinatus eſt Meccam eamque ingreſſus die 10 Dulhiggiæ, cumque erudiviſſet homines, & inſtruxiſſet eos in religione, reverſus eſt Medinam.

قال وفي السنة العاشرة كثر قدوم العرب عليه ودخل الناس في دين الاسلام وقويت كلمته * وفيها ارتد مسيلمه الكذاب وادعي انه شريكه في النبوه وتبعه قومه من بني حنيفه باليمامه * قال وفيها حج صلي الله عليه حجة الوداع وكان دخوله مكة في عشر ذي الحجة وقضى الناس وعرفهم مناسكهم ورجع الي المدينة ۞

Aſwad pſeudopropheta.

Anno autem undecimo apparuit pſeudopropheta Aſwad Abſites, in Arabia felici, dixitque ſe prophetam eſſe, cepit Sanaam, Nazranam, & Tajifæ ditionem: cumque jam celebris fieret, occidit eum Firus Dailamus in domicilio ejus.

وفي السنه الحاديه عشر ظهر الاسود العبسي الكذاب باليمن وادعي النبوة وغلب علي صنعا ونجران وعمل الطايف واستطار ذكره فقتله فيروز الديلمي في منزله ۞

Muhāmedis mors.

Eodem hoc anno Muhammed glorioſæ memoriæ mortem obijt: cum enim à peregrinatione Meccana redijſſet, & Medinæ ſubſtitiſſet ad diem 28 menſis Safari, ægrotare cœpit: & præcepit Abubecro ut cum populo oraret: ac orarunt orationes

Ætas.

ſeptemdecim. Obijt autem die Lunæ, qui duodecimus erat menſis Rabij prioris:

قال وفي هذه السنة كانت وفاته الي رحمه الله تعالي ورضوانه وذلك انه لما عاد من حجة الوداع اقام بالمدينة الي لليتين بقيتا من صفر فابتدا مرضه وامر ابا بكر ان يصلي بالناس فصلاتهم سبعه عشر صلاة وتوفي يوم الاثنين الثاني عشر من شهر ربيع الاول

وكان عمره صلي الله عليه وسلم ثلاث وستين سنة وقيل خمس وستين سنة وكان صلي الله عليه حسن الاخلاق لين الكلام يعود اصحابه كما يعودونه ويقبل وجوههم كما يقبلونه ويواسي الضعيف ويعظم الكبير ويرفق بالصغير ومن ساله في حاجة لا يرده الا بحاجة او بميسور من القول ۞

قال وكان كاتبه عثمان ابن عفان وعلي ابن ابي طالب فان غابا كتب له ابي حرث بن كعب وزيد بن ثابت فان غابا كتب له من حضر من الكتاب وهم معاويه ابن ابي سفيان وخالد بن سعيد ابن ابي العاص والعلا ابن الحضرمي وحنظله ابن الربيع وكان يكتب له ايضا عبد الله ابن ابي شرح فارتد عن الاسلام ولحق بالمشركين واستامن له عثمان يوم الفتح فامنه بعد كان قد هدر دمه وكان الزبير ابن العوام وجهم ابن صفوان يكتبان اموال الصدقات وحذيفه ابن اليمان يكتب خرص النخل والمغيره بن سعبه والحسين ابن يمن يكتبان المداينات والمعاملات وعبد الله بن ارقم يجيب عن كتب الملوك ۞

قال والقضاه في ايامه فانه استقضي علي ابن ابي طالب علي اليمن ومعاذ بن جبل الانصاري وابا موسي الاشعري * قال وكان صاحب اذنه انس ابن مالك وصاحب شرطته قيس ابن سعيد الانصاري * قال وكان لواوه ابيض ورايته سودا وكان نقش خاتمه الشهادتين وكان مودنه بلال * واما عماله فانه توفا وعامله علي مكة عتاب بن اسد وعلي البحرين العلا بن الخضرمي وعلي الطايف عثمان ابن ابي العاص وعلي صنعا ومخاليف الجند عمر ابن ابي اميه المخزومي وعلي مخاليف اليمن خالد بن سعيد ابن ابي العاص

cum natus esset annos sexaginta tres, aut, secundum alios, sexaginta quinque. Erat autem optimæ indolis, voce suavi, Natura. *visitans & excipiens suos ut ipsum visitabant, & excipiebant, pauperes munerans, Magnates laudans; conversans cum infimatibus; & petentem à se aliquid, non repellens sine eo, aut sermone facili.*

Scribæ ejus fuerunt Otsman filius Affani, & Alis f. Abutalibis. Interdum quoque ei scripserunt Vbaharatus filius Caabi, & Zeidus f. Thebithi. Interdum & alij qui aderant Scribæ: nempe Muavias f. Abusofiani, Chalid fil. Saïdi, fil. Abulasi, Alaüs f. Hidramis, & Chantalas filius Rabij. Scripsit quoque ei Abdalla f. Abusjerhi, qui ab Islamismo deficiens Infidelibus se adjunxit: sed impunitatem tempore victoriæ ei petijt Otsman: quam & ei concessit Muhammed, postquam sanguinem ejus fundere statuerat. Zubeirus autem filius Awami, & Gjehemus f. Safvani eleemosynas annotabant. Hadikas verò filius Semali palmarum opes: & Mugiras f. Sjuabæ, atque Huseinus f. Iamani judicialia, & imperialia. Abdalla autem f. Arkami ad Principum literas respondebat. Scribæ.

Iudices autem qui tempore ejus fuerunt, quod attinet. Iuramento præfecit Alim f. Abutalibis, Maadum f. Habali Medinensem, & Abumousam Asjaræum. Veniæ ejus Præfectus erat Anisus f. Melici. Cohorti autem prætorianæ Caisus f. Saïdi, Medinensis. Vexillum ejus album erat: Iudices. Vexillum. *labarum verò minus, nigrum. Sigillo ejus* Symbolū. *insculptum erat:* * In Duplex Testimonium. *Ianitor ejus erat Bilalus. Gubernatores verò ejus, quod attinet: cum moreretur; Meccæ præerat Gajatus f. Asedi: Bahrainæ Alaüs f. Hidramis: Tajifæ, Otsman f. Abulasi: Sanaæ, & Gjenedæ pagis, Omar f. Abuommiæ Mahrumæus: Arabiæ fœlicis pagis, Chalid f. Saïdi, f. Abulasi: Gjuresjæ, Abusofianus f. Harithi: & tractui cuidam Arabiæ fœlicis Alis f. Minæ.* Gubernatores.

وعلي جرش ابن سفيان ابن حرث وعلي بن مينه علي ناحية من نواحي اليمن ۞

* الشهادتين .... vertit Erpenius. In duplex testimonium, at magis perspicuum erit, si deleto (In) reddatur, duplex testimonium, vel duo testimonia, quae nim. sunt 1. Non est Deus praeter Deum, 2 Et Mohammed Legatus Dei; at Alkodaius horum ultimum tantum sigillo ipsius insculptum tradit, scil. محمد رسول الله Mohammed Legatus Dei, ita ut tria contineret verba, totidem lineis descripta. Pocock in Notis ad Specim. Hist. Arabum, p. 182 & 183.

Ait idem fere ait Vatterius huius libri Interpres Gallicus, pag. 44. Praefationis in versionem suam.

UNED

Æra Hegiræ.

Ait Hiſtoricus† .. Cum Aera Hegiræ annos obſervet Lunares, commemorabimus eos ut in illa ſeſe habent, & docebimus quot ex ijs anni fiant ſolares, ut ſana nobis ſit Chronologia inde ab Adamo, piæ memoriæ, ad hoc uſque tempus. Traditur itaque Muhammed obiiſſe, impletis annis ſolaribus 6123, menſibus novem, & quatuordecim diebus : elapſis temporis Hegiræ annis Lunaribus decem, & diebus ſeptuaginta : id eſt annis ſolaribus novem, & 11 menſibus, minus uno die : primus enim Hegiræ dies fuit Iovis, & ultimus vitæ ejus, Lunæ : ut dies fuerint 3614. Commemorabimus autem hic caſus & res geſtas, quæ tempore vitæ ejus accidiſſe referunt Chriſtianorum Hiſtoriæ.

قال المورخ ولما كان تاريخ سني الهجرة بالسنين القمريه ذكرناها على ما هي عليه وحررنا كم يكون عنها سنين شمسية ليصح لنا التاريخ من ادم عليه السلام الى الان فتحرر ان وفاته كانت لانقضاء ستة الف وماية وثلاثة عشرين سنة وتسعة اشهر واربعة عشر يوما شمسية ومدة الهجرة سنين قمرية عشرة سنين واحد وسبعين يوما عنها شمسية تسع سنين واحد عشر شهر غير يوم واحد لان اول الهجرة كان يوم الخميس واخر مدة حياته يوم الاثنين عنها ثلاثة الف وستماية واربعة عشر يوما ۞

Res Chriſtianorum. Affectus Muhammedis erga Chriſtianos.

Narrant itaque Hiſtoriæ Chriſtianorum ipſum addictum fuiſſe Chriſtianis, & mitem erga eos : cumque eorum quidam ad ipſum veniſſent, petentes ſecuritatem, impoſuiſſe ijs tributum, & benefeciſſe, atque in fidem ſuam eos ſuſcepiſſe, dixiſſeque Omari : Dic ijs, animas eorum eo nos habere loco, quo animas habemus noſtras, & opes eorum, quo opes noſtras, atque accidentia eorum, quo accidentia noſtra. Refert hoc Auctor libri Almuhaddeb : ex quo id producit vir Clariſſimus Abuhanifa, ubi agit de Muſlimo Chriſtianum occidente. Cumque veniſſet ad eum magnus quidam Chriſtianus, ſurrexit, honorem ei exhibens : qua de re cum eum alloquerentur quidam, reſpondit ; Cum venerit ad vos Primarius populi alicujus, honorate eum : Atque hic vir maximus eſt in populo ſuo. Dixit quoque : Benefacite Cophtitis Aegypti : ſunt enim vobis genere & affinitate juncti. Item : Qui Chriſtianum opprimit, adverſarium eum habebit die Iudicij. Et, Qui Chriſtiano nocet, mihi nocet.

قال المورخ ونحن نذكر هنا ما ورد تواريخ النصاري من الوقايع والحوادث في ايام حياته * ورد تواريخ النصاري انه كان موئرا لهم مروفا بهم ووفد منهم جماعة وطلبوا منه الامان فضرب عليهم الجزية واحسن اليهم وكتب لهم بالامان * وقال لعمر قل لهم ان نفوسهم كنفوسنا واموالهم كاموالنا واعراضهم كاعراضنا * ذكر هذا الحديث صاحب كتاب المهذب واسنده الي مسلم وهو حجة الامام ابي حنيفة في قتل المسلم بالذمي ووفد عليه بعض اكبر النصاري فقام له واكرمه فقالوا له في ذلك فقال اذا اتاكم كريم قوم فاكرموه وهذا كبير قومه * وقال استوصوا بقبط مصر خيرا فان لكم منهم نسبا وصهرا * وقال من ظلم ذميا كان خصمه يوم القيامة وقال من اذا ذميا فقد اذاني ۞

Res Perſicæ.

Narrant quoque Chriſtianorum Hiſtoriæ Sjahriarem filium Adribani Regem Perſiæ Romanos oppugnaviſſe, atque Ancyram obſediſſe, & cepiſſe, omneſque ejus incolas captivos abduxiſſe, anno Hegiræ primo : quo & inſulam Rhodum cepit, atque incolas ejus in ſervitutem abduxit.

قال المورخ ورد تواريخ النصاري ان شهريار ابن ادريان ملك الفرس غزا الروم ونزل علي انقره وفتحها وسبي جميع من فيها في اول سنه من الهجرة وفتح ايضا في هذه السنة جزيرة رودس وسبي اهلها ۞

Anno autem Hegiræ ſecundo Coſroës f. Hormiſdæ oppreſſit populos in univerſo regno ſuo religioni ejus contradicentes, cum ſuperbire cœpiſſet, victoriis ſuis quas adeptus erat, graviſſima iis imponens tributa, atque deſtrui jubens templa omnia Syriæ & Meſopotamiæ, auferens inde aurũ omne atque argentum, & omnia inſtrumenta uſq; ad marmor, in regionem ſuam. Cofroes Rex Perſarum.

Anno tertio Hegiræ oppugnavit Sjahriar Conſtantinopolim magnis exercitibus, & obſedit eam: ſed cum prævalere ei non poſſet, diſceſſit ab ea. Eodem hoc anno oppreſſit Coſroës Ruhenſes, petijtque ab ipſis ut, relictâ ſectâ orthodoxâ, Iacobiticam amplecterentur. Habebat enim Medicum Iacobitam, nomine Ionanem, qui perſuaſerat ei, illos, quamdiu ſectam ſequerentur orthodoxam, in Romanos inclinaturos, iiſque ſcripturos eſſe. decrevitque ut occiderentur, aut Iacobitiſmum amplecterentur; quod fecerunt omnes. Perſæ Cõſtantinopolim oppugnant.

Anno quinto Hegiræ abrogatum fuit Coſroæ imperium; ut id obtinuerat 38 annos; propterea quod reverſus in regnum ſuum, cum id Heraclius Romanorum Imperator vaſtaviſſet, ſubditos ſuos affligeret, atque opprimeret; qui congregati imperio eum depoſuerunt, in locum ejus ſubſtituentes filium ejus Kobadum, qui & Siroës vocabatur, filiuſque erat Mariæ, filiæ Mauritij, Imperatoris Romanorum; qui optimè ſe geſſit, & ſublevavit populum tributo, ita ut divulgaretur inter illos juſtitia ejus: ſed paulò poſt ſubditos ejus invaſit peſtilentia: perijtque major eorum pars, & ipſe etiam Siroës. Regnaverat autem menſes octo: & ſucceſſit ei filius ſuus Ardsjirus, qui ut quinque tantum regnavit menſes, eſt interfectus. Siroes Rex Perſarum. Ardsjirus.

Anno Hegiræ ſexto Imperium Perſiæ adeptus eſt quidam nomine Sjahriar, qui non erat è ſtirpe Regia: unde inſidiata ei eſt mulier quædam è Regia progenie, & mortem intulit; ut imperaverat dies 22. Huic in imperio ſucceſſit quidam nepos Hormiſdæ, vocatus Coſroës, f. Kobadi, f. Hormiſdæ, quem obrutum Choroſanæ Rex interfecit, cum regnaviſſet menſes tres. Sjahriar. Cofroes.

وفي السنة الثانية من الهجرة ضيق
كسري بن هرمز علي الامم المخالفين
له في دينه في جميع مملكته لما داخله
من العجب لكثرة الفتوحات التي فتحها
واثقلهم بالخراج وامر بهدم الكنايس
بالشام وبالجزيرة وحمل ما فيها من
الذهب والفضة والالات حتي الرخام
الي مملكته ۞

وفي السنة الثالثة للهجرة غزا
شهريار القسطنطينية بجيوش عظيمة
ونزل عليها ولم يقدر عليها وانصرف
عنها * وفي هذه السنة ضيق كسري
علي اهل الرها وطلب منهم ان ينتقلوا
عن مذهب الملكية الي اليعقوبية لانه
كان عنده طبيب اسمه يونن اوهمه
انهم ما داموا علي مذهب الملكية ربما
مالوا الي الروم وكاتبوهم فعرض عليهم
القتل او الانتقال الي مذهب
اليعقوبية فانتقلوا جميعهم ۞

وفي السنة الخامسة للهجرة خلع
كسري بعد ثمانية وثلثين سنة من
مملكته وذلك انه لما عاد الى بلاده
بعد ان اخربها هرقل ملك الروم ثقل
علي الناس وعسفهم فاجتمعوا وخلعوه
وجعلوا موضعه قباد ولده ويسما سيرويه
وهو ابن مريم بنت موريق ملك الروم
واحسن السيرة ورفع الخراج عن الناس
حتي يعمهم عدله فلم يلبث الا قليلا حتي
وقع الطاعون في اهل مملكته فهلك
اكثرهم وهلك سيرويه وكانت
مملكته ثمانية اشهر ثم ملك بعده
اردشير ولده فلم يلبث الاخمسة اشهر
وقتل ۞

وفي السنة السادسة للهجرة ملك علي
الفرس رجل من غير بيت المملكة اسمه
شهريار فاحتالت امراة من اهل بيت
المملكة وقتلته وكانت مملكته اثنان
وعشرون يوما ثم ملك بعده رجل من
ولد هرمز يقال له كسري ابن قباد
بن هرمز فوثب عليه صاحب خراسان
فقتله وكانت مملكته ثلثة اشهر

Poſt hunc regnavit Turana filia Coſroæ ſeſquiannum.

ثم من بعد توران ابنة كسري مدة سنة ونصف ۞

Sjahriar deficit ad Heracliũ.

Anno Hegiræ quarto ſubjecerat ſe Sjahriar Heraclio. Cauſa hæc fuit. Quidã eum accuſabant apud Coſroën, quod dixiſſet, Se victorias illas omnes conſequutum eſſe; & extuliſſet ſeſe ſupra Coſroën. Vnde iratus Coſroës ſcripſit Marzubano ut inſidias ſtrueret Sjahriari, & filio ejus, exercitus Duci, atque utrumque interficeret. At interceptus tabellarius cum literis eſt ab Heraclio: quod, miſſo nuntio, Sjahriarem certiorem fecit: qui ilico ab eo petijt, ut ſecurè ſibi liceret ad ipſum accedere; quod permiſit, cõceſſâ ei & perſonæ, & bonorum ſecuritate. Vnde ingreſſus eſt Sjahriar Conſtãtinopolim, ubi legendas ei dedit Heraclius literas, adducto etiã nuntio, quem agnovit, quiq; cauſam ei indicavit. Vt itaque Sjahriar de veritate rei certior factus eſt, ſubjecit ſe Heraclio, eumq; agnovit Principem: certiores faciens Duces omnes & Præfectos, Coſroën ſcripſiſſe ad Marzubanum, ut eos interficeret: qui omnes ſtatim ad Heraclium tranſierũt, ei ſeſe ſubijcientes, & fidelitatẽ jurantes. Paravitq; ſe ad

وفي السنة الرابعة للهجرة دخل شهريار في طاعة هرقل والسبب في ذلك ان قوما سعوا بشهريار الي كسري انه يقول انا فتحت الفتوح كلها ويفتخر على كسري فغضب كسري وكتب الي المرزبان بان يحتال علي شهريار وولده امير العسكر ويقتلهما فوقع الرسول والكتاب في يد هرقل فسير هرقل الى شهريار وعرفه فطلب منه الامان علي نفسه ليحضر اليه فامنه علي نفسه وماله وحريمه فدخل شهريار الي القسطنطينية فاقراه هرقل الكتاب واتاه بالرسول فعرفه شهريار واخبره بالسبب فلما تحقق شهريار دخل في طاعته وبايعه وكتب شهريار الي المزابنة والمقدمين بان كسري قد كتب الي المرزبان بقتلهم فدخل جميعهم الي هرقل وبايعوه واطاعوه واستعد هرقل لغزو الفرس وكتب الي خاقان ملك الخزر يساله امداده باربعين الف فارس على ان يصاهره ويزوجه ابنته وسار هرقل الى الشام وجعل يفتح مدينة مدينة مما في ايدي الفرس ويولي عماله عليها فلما بلغ كسري خبر شهريار واصحابه واتفاقهم مع هرقل وانهم قد اقبلوا لمحاربته وان هرقل قد افتتح اكثر المدن هاله ذلك وندم على ما فعل وكان اكثر جنود الفرس مفرقين في الشام والجزيرة فاخذهم هرقل وابادهم اول باول ثم ان كسري امر المرزبان ويقال له رزبهار وقدمه علي الجيوش لمخرج لقتال هرقل فسار رزبهار حتي وصل الي ناحية الموصل وكان هرقل افتتح ارمينية ومصر والشامات وقتل عامة الجيوش التي بهذه البلاد من الفرس وتبعه الذي بقي منهم وكذلك الارمان فاجتمع لهرقل برها

Heraclius Perſas oppugnat.

Perſidem oppugnandã Heraclius: ſcribens ad Chacanum Regem Hararorum, atq; ab eo petens, ut juvaret ſe 40 millibus equitũ: id ſi faceret, affinitatem ſe cum eo contracturum, filiamque ei ſuam in uxorem daturum eſſe. Profectus itaque in Syriam Heraclius, multas capere cœpit urbes, quas tenebant Perſæ, ſuoſq; in ijs Præfectos conſtituere. Coſroës ut intellexit quid Sjahriar cum ſuis feciſſet, eoſque conſpiraſſe cũ Heraclio, jamq; proceſſiſſe bellum ei illatum, & multis urbibus potitos eſſe, valde timuit, facti ſui pœnitudine ductus. Erat a. major Perſicorum militum pars diſperſa per Syriam, & Meſopotamiã, quos cepit, atque ordine perdidit Heraclius. Coſroës vero mandata dedit Marzubano, qui & Zurabbar vocabatur, eumque præfecit exercitui, ut exiret oppugnatũ Heraclium. Et profectus hic Zurabbar eſt donec pervenit in provinciam Mauſilæ. Heraclius autem occupatus erat in ſubjuganda Armenia, Aegypto, & Syrijs, profligens omnes Perſarum copias, quæ in illis terris erant. Quiq; ſuperſtites manſerunt, eum ſequuti ſunt. Collecti autem Ruhæ Heraclio erant

trecenta equitum millia: & è tractibus Hararorum 40 plus minus equitum millia ad eum venerunt: quæ cum in Aderbigjanæ provinciam pervenissent, scripsit ijs Heraclius ut illic subsisterent, donec eo veniret. Et subjugatâ Armeniâ Nineven contendit, ac ad Portam maximam castra metatus est. Sed veniente Zurabharæ, concurrerunt exercitus, & prælium magnum commissum est, fugati Persæ, & amplius quingenta eorum millia occisa. Interfectus & Zurabhar est, dux exercitus. Heraclius autem omnes eorum opes diripuit. His auditis Cosroës reliquit Machuram, & Medajinum, quas deinde urbes Heraclius occupavit, qui thesauris Regis potitus, & res omnes quæ ibi erant nactus, eas combussit, pagosque omnes vastavit, & incolas eorum captivos abduxit. Syroës autem filius Cosroæ, qui in carcere patris sui vinctus detentus fuerat, è carcere egressus, & patre occiso, ei in imperio successit. Regnaverat autem Cosroës annos 38. Et Syroës regnare cœpit anno quinto Hegiræ, qui 18 erat Heraclij, Alexandri verò 940. Heraclius deinde in pagum † Themaninum (quem exstruxit Noachus p. m. postquam ex arca est egressus,) venit: & ut arcæ locum videret, ascendit in montem Gjudium, qui eminet supra omnes illas terras: est enim valde excelsus. Hinc in Amidæ regionem abijt, ubi aliquamdiu substitit. Syroës autem Cosroæ filius Legatos misit ad Heraclium: pacem ab eo petens, quam & obtinuit: sed ea conditione, ut restitueret ei quidquid pater ejus eripuerat Romanis. Atque eâ lege pax est inita. Et cum statueret Heraclius in Syrias proficisci, oneris id, loco ejus, suscepit frater ejus Theodorus; quem jussit Persas omnes è Mesopotamia, & Syrijs in regionem eorum educere. Hic itaque, loco illius, profectus, civitates singulas est ingressus; constituens in ijs Præfectos ejus, donec omnes perlustravit: & Constantinopolim est reversus. Deinde profectus est Heraclius Ruham, jussitque Christianos reverti à secta Iacobitica ad orthodoxam; id quod fecerunt. Substitit autem Ruhæ annum integrum.

Persas Heraclius prælio vincit.

Syroes succedit Cosroæ.

Pax inita inter Heraclium & Syroem.

Ruhenses Iacobitismum deserunt.

Mortuo

ثلثماية الف فارس وصار اليه من ناحية
الحزر نحو اربعين الف فارس فلما وصلوا
الي اذربيجان كتب لهم هرقل بالمقام
هناك الي ان يصير اليهم فلما فتح هرقل
ارمينية شخص الي نينوي فنزل على
الدرب الاكبر وسار زورباهار فالتقت
الجيوش هناك وكان بينهم قتال
شديد فانهزم الفرس وقتل منهم يومئذ ما
ينيف عن خمسين الف رجل وقتل زورباهار
مقدم العسكر واستباح هرقل اموالهم
وبلغ ذلك كسري فهرب عن الماحوزة
والمداين ثم وافاها هرقل اليها فدخلها
واستولي علي دخاير الملك واخذ كلما
فيها واحرقها واخرب الرساتيق وسبا
اهلها وكان سيرويه بن كسري محبوسا
في اعتقال ابيه فخرج من الحبس وقتل
اباه وملك بعده وكان ملك كسري
ثمان وثلثين سنة وكان ملك سرويه في
السنة السابعة للهجرة وهي السنة الثامنة
عشر لهرقل وهي سنة اربعين وتسع ماية
الاسكندر * ثم ان هرقل رجع ونزل
في قرية ثمانين وهي التي اعمرها نوح عليه
السلام بعد خروجه من الفلك وصعد
الي جبل جودي ونظر الي موضع الفلك
واشرف علي تلك الارض كلها لانه
موضع مرتفع جدا ثم مضي الي ناحية
امد فاقام فيها ساير الشتوية ووجه
سيرويه بن كسري وفدا الي هرقل
يلتمس مصالحته فاجابه هرقل الي ذلك
علي ان يعطيه كلما اخذه ابوه مما كان
للروم وتقرر الامر علي ذلك وعزم هرقل
علي المسير الي الشامات وتقدمه اخوه
ثادرس وامره بان يخرج جميع الفرس
الذين في الجزيرة والشامات الي بلادهم
فسار ثادرس اخوه في تقدمته وصار
يدخل مدينة مدينة ويرتب عماله عليها
حتي احتوي علي جميعها وعاد الي
القسطنطينية ثم بعد ذلك صار هرقل
الي الرها وامر الناصري بالرجوع عن
المذهب اليعقوبية الي الملكية فرجعوا
واقام هرقل بالرها سنة كاملة *

Melchiticam

Mortuo Syroë f. Cosroæ succeſsit Ardsjirus, quem occidit Sjahriar, cujus suprà meminimus: Huic se copiæ Perſidis adjunxerunt. ſed & Marzubanus copias collegit: ita ut in duas partes diviſi eſſent Perſæ. Deinde occiſus eſt Sjahriar, & ſucceſsit ei Cosroës f. Kobadi, f. Hormisdæ, cui etiam occiſo ſucceſsit Turana filia Cosroæ, quæ optimè ſe gerens diſtribuit pecuniam militibus; & ſublevavit populum tributo: at ut ſeſquiannum regnavit, obÿt: & ſucceſsit ei Gjasjanſedas filius patrui Cosroæ, quo depoſito, imperavit Azurmis filia Cosroæ quæ non multò poſt veneno ſublata mortua eſt, ut regnaverat annum unum & menſes 4. Poſt hanc, menſem unum imperavit Ferochzadus f. Cosroæ, deinde occiſus. Anno 7 Hegiræ tanta fuit ſolis eclipſis, ut de die aſtra apparuerint.

Turana Regina.

Gjasjanſedas.

Ferochzadus.

Eclipſis.

ومات سيروية بن كسري وملك بعده
اردشير فقتله شهريار الذي ذكرناه
متقدما واجتمعت جيوش فارس اليه
وجمع المرزبان ايضا جيوشا فصار الفرس
فرقين ثم قتل شهريار وملك بعده
كسري بن قباد بن هرمز ثم قتل
وملكت توران ابنة كسري واحسنت
السيرة واقسمت الاموال بين الجند
واطلقت الخراج للناس واقامت في
الملك سنه ونصف وماتت وملك
بعدها جشنسده ابن عم كسري ثم خلع
وملكت بعده ازرمي بنت كسري فلم
تلبث الا قليلا وسمت وماتت وكانت
ملكها سنه واربعه اشهر وملك بعدها
فرخزاد ابن كسري شهرا واحدا وقتل *
وفي السنة السابعه للهجرة انكسفت
الشمس وظهرت النجوم بالنهار ۞

CAPVT SECVNDVM.

Secundus, Abubecrus Iuſtus, fœlicis memoriæ.

ABVBECRVS IVSTVS *(ait Abugjafar Tabarita felicis memoriæ) eſt Abdalla, f. Otſmanis Abucahafæ, filÿ Amiri, f. Omaris, f. Caabi: Nomen matris ejus erat Aſma, filia Sachari, f. Amiri, f. Omaris, f. Caabi; eratque filia patrui patris ejus. Vocatus autem eſt Iuſtus, propter verificationem Meſræ†. Creatus eſt Chalifa eo die quo Propheta obÿt, in ædibus Filiorum Saïdæ. Convenerant Medinenſes in illis ædibus, ut inaugurarent Saadum f. Obadæ, Medinenſem: & ſublatis clamoribus, dixit quidam Medinenſium; è nobis Imperator ſit, & ex vobis Imperator, ô Profugi†. Abubecrus autem f. m. cum Deum laudaſſet, & celebraſſet, dixit ÿs: ô viri Medinenſes, utique vos non quæritis vobis excellentiam: an non vos eſtis populus, etſi id ignorent Arabes, præter Coraiſitas? Ego certè opto vobis alterum horum, utrum volueritis: ac manu prehendit Omarem f. Alchittabi,*

Lis de ſucceſſore Muhammedis

الثاني ابو بكر الصديق رضي
الله عنه *

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله ان ابا بكر الصديق هو عبد الله ابن ابي قحافه عثمان ابن عامر بن عمر بن كعب وامه اسمها اسما ابنة صخر بن عامر بن عمر بن كعب وهي ابنه عم ابيه وسمي صديقا لتصديقه خبر المسري * قال بويع له بالخلافة في اليوم الذي قبض فيه النبي بسقيفة بني ساعده وكانت الانصار قد اجتمعوا بالسقيفه ليبايعوا سعد ابن عباده الانصاري فاشتد اللغط فقال رجل من الانصار منا امير ومنكم امير يا معشر المهاجرين قال لهم ابو بكر رضي الله عنه بعد ان حمد الله واثني عليه يا معشر الانصار انكم لا تذكرون لكم فضلا الا انتم له اهل وان العرب لا تعرف هذا الا في قريش واني قد رضيت لكم احد رجلين مهما شيتم واخذ بيد عمر ابن الخطاب

& Abuobeidam f. Algjarahi. At multiplicato ſermone, & ſublatis clamoribus, dixit Omar Abubecro: Extende mānum tuam, ut fidelitatem tibi juremus. Atque is manum ſuam extendit, & fidelitatis ei juramentum præſtiterunt Profugi ſimul & Medinenſes: conſenſeruntque de eo omnes, præter Alim f. Abutalibis, & reliquos Hasjemitas, qui manus percuſſione imperium approbare noluerunt. At cum Alis fel. mem. deinde videret averſos à ſe homines, fecit id ipſe, & omnes Hasjemitæ.

وابي عبيد بن الجراح فكثر القول ولم ترتفعت الاصوات فقال عمر لابي بكر ابسط يدك نبايعك فبسط يده فبايعه المهاجرون والانصار واتفق الناس عليه الا علي ابن ابي طالب وساير بني هاشم فانهم امتنعوا من البيعه بيده ثم لما راي علي رضي الله عنه انصراف وجوه الناس عنه بايع هو وبنو هاشم جميعهم ۞

Eodem hoc anno (ſcilicet undecimo) defecerunt Arabes, atq; recuſaverunt eorum nonnulli tributum: & ſucceſſit negotium Muſeilemæ pſeudoprophetæ. Taliha quoq; filius Chowailedi, Prophetam ſe eſſe dixit; quem ſequuti ſunt ſui, ex Aſeditis. Et rumor advenit de morte Aſwadis Ibſitæ, pſeudoprophetæ; quæ prima fuit victoria Abubecri. Profectus & hoc anno eſt Abubecrus contra Abſitas & Dibanos, oppugnavitq; & fugavit eos: deinde Medinam eſt reverſus. Miſit & exercitus bellum illatum defectoribus, deditque undecim vexilla in undecim tractus: & miſit Chalidem f. Walidis Mahrumæum oppugnatum Taliham pſeudoprophetam, quique ei ſe adjungerent Gatfanitas, Tajitas, & Aſeditas, atque is eos oppugnavit: Fugatus quoque deinde eſt Taliha, poſtquam ad eum venerant Aſeditæ & Gatfanitæ: manſitque Aclebi, donec obÿt Abubecrus f. m. poſtea enim accedens ad Omarem fidelitatis ei juramentum præſtitit, atque in terram ſuam, & ad ſuos eſt reverſus. Thegjazis quoque filia Harithi hoc anno prophetiſſam ſe eſſe dixit, inter Taalabitas, profectaque ad Muſeilemam pſeudoprophetam, ei nupſit; ſed ut triduum apud eum ſubſtitit, ad ſuos eſt reverſa. Cum autem Chalid fugaviſſet Taliham profectus eſt contra Melicum f. Nuwairæ, qui Bitahi erat, occiditque eum & milites ejus: deinde reverſus eſt Medinam. Miſit & hoc anno Abubecrus f. m. Ikirmam fil. Abugjahli ut bellum inferret Muſeilemæ pſeudoprophetæ; quem ſequutus deinde eſt Serzilus f. Haſanæ; atque hos duos deinde Chalid f. Walidis: convenerunt q; in Iamama. Erant autem Muſlimi numero 40000.

Taliha pſeudopropheta.

Fugatus Taliha.

Thegjazis prophetiſſa.

Muſeilema oppugnatur & vincitur.

وفي هذه السنة اعني سنه احدي عشره ارتدت العرب ومنع بعضهم الزكاة واضطرب امر مسيلمه الكذاب * وادعي طليحه ابن خويلد النبوة واتبعه قومه من بني اسد ووصل الخبر بقتل الاسود العبسي الكذاب وكان اول فتح ابي بكر رضي الله عنه * وفيها خرج ابو بكر الصديق الى عبس وديبان فقاتلهم وهزمهم ثم عاد الي المدينة وسير الجيوش لقتال المرتدين فعقد احد عشر لوا علي احد عشر جدا وسير خالد بن الوليد المخزومي لقتال طليحه الكذاب ومن اصابه من غطفان وطي واسد فقاتلهم وهزمهم وانهزم طليحه بعد ذلك لما بلغه اسد وغطفان ولم يزل مقيما في اكلب حتي مات ابو بكر رضي الله عنه ثم اتي الي عمر ابن الخطاب فبايعه ورجع الي بلاده وقومه * وفيها ادعت شجاح بنت الحارث النبوة في بني تغلبه وسارت الي مسيلمه الكذاب فتزوجت به واقامت عنده ثلثا ثم انصرفت الى قومها * ولما هزم خالد طليحه توجه الي مالك ابن نويره وهو بالبطاح فقتله هو واصحابه ثم رجع الي المدينة * وفيها بعث ابو بكر رضي الله عنه عكرمه ابن ابي جهل الي قتال مسيلمه الكذاب واتبعه سرجبل ابن حسنه ثم اتبعهما خالد ابن الوليد فاجتمعوا باليمامه وكانت عدة المسلمين اربعين الفا

At

Ac primum quidem fusi & fugati sunt Muslimi, & occisus Zeidus f. Alchittabi fel. mem. plurimique alij, ad mille, ut ajunt, & ducentos: sed prævalentes deinde Muslimi, fugarunt hostes, occiderunt Museilemam & 10 militum ejus millia: atque opes eorum diripuerunt: reliqui autem ad Islamismum sunt reversi. Misit & hoc anno Abubecrus Alaüm f. Hidramis, cum magno exercitu, oppugnatum defectores Bahrainæ: qui fugerunt, magna eorum multitudine occisâ. Deinde ordinavit Alaüs fil. Hidramis cohortem Muslimorum, quæ tantisper defectores vexaret, donec eos perderet: unde eorum quidam ad Islamismum sunt reversi; occisi verò qui in apostasia sua permanebant. Trajiciens & Alaüs cum suis mare, contendit Darinam, occiditque omnes ejus incolas, atque opes eorum diripuit.

Apostatæ. coguntur.

Cœpit 18 Martij. A.C. 633.

Anno duodecimo Abubecrus fel mem. scribens ad Chalidem fil. Walidis, eum jussit in Iracam proficisci: quo profectus cum omnibus incolis ejus, & Sawadæ pagis pacem fecit; ea lege ut tributum solverent: quod primum tributum est Medinam perlatum. Deinde cepit Ambarum & Ainuljamanam: & captivos misit Medinam. Hinc abijt Daumaalgjandelam: atque occidit Mundirum; filiumque ejus Gjudim captum abduxit. Fecit & Chalid plurima hoc anno prælia: in quibus vicerunt Muslimi, & infidelium immensa multitudine occisa, spolia infinita & innumera sunt nacti.

Muslimi Iracam occupant.

Cœpit 7 Martij. A.C. 634.

Anno 13 misit Abubecrus f. m. copias aliquot in Syriam: misitque Amrum fil. Abulasi in Palæstinam; Iezidum f. Abusofiani, Abuobeidam fil. Algjarahi, & Sergjilum f. Hasanæ in Balcaam, & superiorem Syriam; Chalidem fil. Saïdi fil. Alasi Teimaam. Commissum & hoc anno est prælium in Syria, à Chalide f. Saïdi, & Duce quodam Romano, cui nomen erat Mahani: fugavitq; eum Chalid ad portam usque Damasci. At cum venisset Chalid in Pratum sapphirinum, intercluserunt ei Romani viam, atque tergum ejus oppugnaverunt: & occisus est filius Saïdi, cum multis eorum qui cum illo erant:

Muslimi Syriam invadunt.

Prælium.

وكانت الكسرة اولا على المسلمين فانهزموا وقتل يزيد ابن الخطاب رضي الله عنه وجماعة كبيرة قيل انهم الف ومايتان ثم كثر المسلمون عليهم فهزموهم وقتلوا مسيلمة وعشرة الف رجل من اصحابه وغنم المسلمون اموالهم ورجع من بقي الي الاسلام * وفيها بعث ابو بكر العلا ابن الحضرمي في جيش كثيف الى قتال المرتدين بالبحرين فانهزم المرتدون وقتل منهم خلق كثير ثم رتب العلا ابن الحضرمي عسكر المسلمين في جهاد المرتدين حتي ايادهم ورجع بعضهم الي الاسلام وقتل من ثبت علي ارتداده واقتحم العلا بمن معه البحر الي داربن فقتلوا اهلها جميعهم واستباحوا اموالهم ۞

قال وفي السنة الثانية عشر كتب ابو بكر رضي الله عنه الى خالد ابن الوليد يامره بالمسير الي العراق فسار اليها وصالح اهلها وقرايا السواد علي ان يودوا الجزيه وكانت اول جزية قدمت المدينة ثم فتح الانبار وعين التمر وانفذ السبي الى المدينة وسار الى دومة الجندل فقتل المندر وسبي ابنه الجودي وكانت لخالد في هذه السنة وقعات عديده كان الظفر فيها للمسلمين وقتل من المشركين فيها ما لا يحصي كثره وغنم المسلمون من الاموال ما لا يحد ولا يعد ۞

قال وفي سنة ثالثة عشر جهز ابو بكر رضي الله عنه الجيوش الي الشام فبعث عمرا ابن العاص الى فلسطين ويزيد ابن ابي سفيان وابا عبيده ابن الجراح وشرجيل بن حسنه الي البلقا وعليا الشام وخالد بن سعيد بن العاص الي تيما * قال وفيها كانت وقعة بالشام بين خالد وبين بطريق من الروم اسمه ماهان فهزمه خالد ابن سعيد الي باب دمشق ونزل خالد مرج الصفر فاخذت الروم عليه الطريق وتاخروه القتال فقتل ولد سعيد واكثر من معه

quidam autem ejus milites fugerunt Dulmarwam. Abubecrus, ut rem intellexit, misit Muaviam f. Abusofiani fratri suo, cum militibus quibusdam Muslimicis, subsidio. Scripsit quoque hoc anno Abubecrus ad Chalidem f. Walidis, qui in Iraca erat, eumque præfecit militibus Syriæ, & jussit ad eos proficisci cum parte quadam eorum qui cum ipso erant: adjitque eos Chalid cum 9 millibus. Capta & hoc anno est Bosra quæ prima fuit civitas in Syria occupata. Bosra capitur.

Eodem etiam anno obijt Abubecrus fel. mem. die Veneris, vigesimo tertio Gjumadæ posterioris; ut Chalifatum obtinuerat duos annos, tres menses, & 9 dies, aut secundum quosdam, duos annos, & 4 menses, minus 4 diebus: natus annos 63: obijtque ex phtisi: & oravit pro eo Omar filius Alchittabi: ac sepultus est in domo Ajisjæ. Fuit autem procerus, fuscus, secundum nonnullos, candidus, macilentus, rara barba, tingebat se hinna & ketemo: eratque abstinens, & devotus, ac fugiens bona mundana. Dicitur ex ærario accepisse 3 stateres in mercedem: & dixisse Ajisjæ f. m. Vide ò prophetissa quid accesserit opibus Abubecri, ex quo huic imperio præfui, idque redde Muslimis. Atque ipsa vidit. Et cum omnem ejus substantiam & opes computassent; valor omnium erat 5 staterum. Quod cum annuntiatum esset Omari; dixit. Misereatur Deus Abubecri: compulit utique successores suos ad subeundum laborem. Abubecrus autem hic (ait Abugjafar f. m.) primus collegit Alcoranum è tabulis. Cum enim Muslimi in Iamana fortunam haberent adversam; metuit ne Alcorani quidquam periret: erat enim tantum in hominum memorijs, & in schedulis inter tabulas: vocavitq; eum Mushafum. Abubecri mors. Alcoranus colligitur.

Scribæ ejus fuerunt Otsman f. Affani, & Zeidus fil. Tsebithi: Iudex, Omar fil. Alchittabi: Ianitor, Sedidus, servus ejus. Sigillum ejus erat, sigillum Prophetæ. Principatus autem ejus, ut diximus, primum diem habuit Martis, ut & ultimum; atque adeo complexus est temporis lunaris annos 2, & 100 dies: (completis Hegiræ annis 12, & Abubecri Officiales. Sigillum. Imperium.

فسارهم بعض اصحابه الى ذي المروه فلما بلغ ابا بكر الخبر سير معويه ابن ابي سفيان الي اخيه مددا في جند من المسلمين * وفيها كتب ابو بكر الى خالد ابن الوليد وهو في العراق يامره على اجناد الشام وان يسير اليهم بشطر من معه فسار اليهم خالد في تسعه الف * وفيها فتحت مدينه بصري وهي اول مدينه فتحت بالشام ۞

قال وفي هذه السنة توفي ابو بكر رضي الله عنه وذلك في يوم الجمعة لسبع ليال بقين من جمادي الاخرة وكانت مدة خلافته سنتين وثلاثه اشهر وتسعة ايام وقيل سنتين واربعة اشهر الا اربعة ليال وكان عمره ثلاث وستين سنة وكان مرضه السل وصلي عليه عمر ابن الخطاب ودفن في حجرة عايشة * قال كان طويلا ادم وقيل ابيض نحيفا خفيف العارضين يخضب بالحنا والكتم وكان متمسكا بالزهد والورع معرضا من طيبات الدنيا وروي انه كان ياخذ من بيت المال ثلثة دراهم اجره وانه قال لعايشة رضي الله عنها انظري يا بنيه ما زاد في مال ابي بكر منذ ولينا هذا الامر فرديه علي المسلمين فنظرت واذا كروا قطيفه ومحسه قيمة الجميع خمسه دراهم فلما جاء بذلك الرسول الي عمر قال رحم الله ابا بكر لقد كلف من بعده تعبا * قال ابو جعفر الطبري رحمه الله ان ابا بكر رضي الله عنه اول من جمع القران من اللوحين فانه لما اصيبوا المسلمون باليمامة خاف ان يعدم من القران طايفة وانما كان في صدور الرجال وفي الرقاع بين اللوحين وسماه مصحفا * قال وكتابه عثمان بن عفان وزيد ابن ثالت وقاضيه عمر بن الخطاب وحاجبه سديد مولاه وخاتمه خاتم النبي وقد ذكرنا ان خلافته اولها يوم الثلثا واخرها يوم الثلثا والمدة قريبة سنتين ومايه يوم لتيمة اثنتي عشر سنة

UNED

& diebus 171 :) annos autem ſolares duos, & dies ſeptuaginta ſex. Obÿt autem elapſis annis ſolaribus mundi 6126. Diſtribuebat Abubecrus, fel. mem. ſingulis diebus Veneris, quod collectum erat in ærario Præfectis ſuis, pro ratione dignitatum : primum quidem militibus, deinde vero Viris doctis, & qui labore ſuo meriti aliquid erant. Quod autem ad ea attinet (ait Hiſtoricus) quæ tempore Abubecri accidiſſe referunt Chriſtianorum Hiſtoriæ. Convenerunt Perſæ anno 11 Hegiræ, imperante Abubecro. Cumque ad eum acceſsiſſent, ob ſeditionem, & necem Regũ ſuorum, & qui ipſis ſupervenerat defectum, petierunt filium Coſroæ, nomine Iazdegjirdem, qui fugerat à Siroë; atque eum Regem ſuper ſe conſtituerunt, cum annos haberet 15. Erant autem voluntates eorum diverſæ, & conventus diviſi atq; inter ſe pugnantes; omniumque provinciarum, oppidorum, & pagorum incolæ bellum inferentes vicinis: & ita ſingulæ quoq; civitates diſcordes in ſe erant.

Res Perſicæ.

Anno 13 Hegiræ ingens contigit in Paleſtina terræ motus, tremuitque terra triginta dies, & peſtis quoque in ea magna eſt orta. Obſedit & hoc anno Muſlimorum exercitus civitatem Gazam, Duce Amro f. Alaſi: miſit q; Gubernator, qui in ea erat ab Heraclio conſtitutus, ad Muſlimos, petens ab ÿs virum cum quo colloqueretur. Dixit q; Amrus f. Alaſi: Ego ad eum ingrediar. utque gratias egit, tranſijt Gazam, & convenit Gubernatorem, atq; honoravit, & ſalutavit eum. Dixit autem is: Quid vos adduxit ad urbem noſtram? & quid vultis? Reſpondit Amrus: Iuſsit nos Dominus noſter oppugnare vos, niſi religionem noſtram capeſſatis, atque ita fiatis ſocÿ noſtri & fratres, ut conveniat vobis quod nobis convenit; neque vobis adverſemur: id autem ſi recuſetis, ſolvite tributum quotannis, in æternum, quamdiu vos nobiſcum ſuperſtites eritis; & defendemus vos contra eos qui vobis nocebunt aut bellum illatum venient, quocunque tandem prætextu: eritiſque nobis confœderati. Si verò nolitis, non erit inter nos & vos niſi gladius, & oppugnabimus vos,

Terræ motus & peſtis in Paleſtina.

Muſlimi obſident Gazam.

Hiſtoria Amri & Gubernatoris Gazę.

وماية احد وسبعين يوما للهجرة عنها
شمسية سنتين وستة وسبعين يوما وكانت
وفاته لتمام ستة الف وماية وعشرين سنة
للعالم شمسية وكان ابو بكر رضي
الله عنه يفرق في كل ليلة جمعة ما يجمع
في بيت المال على ابوابه على حسب
الفضايل في الجند اولا ثم بعدهم في العلماء
ومن استحق الاهم في الاهم * قال المورخ
والذي ورد تواريخ النصاري من
الحوادث في ايام ابي بكر رضي الله عنه
ان اهل فارس اجتمعوا في السنة الحادية
عشر للهجرة في خلافة ابي بكر فلما
صاروا اليه من الفتن وقتل ملوكهم وما
دخل عليهم من الخلل فطلبوا ابنا
لكسري يقال له يزدجرد قد هرب عن
سرويه فملكوه عليهم وهو ابن خمسة عشر
سنة وكانت اهويتهم مختلفة وجماعتهم
منفرقة متحاربون واهل كل ارض
مدينة وقرية محاربون لمن يليهم والمداين
ايضا على مثل ذلك ۞

وفي السنة الثالثة عشر للهجرة
عرضت رجفة شديدة بارض فلسطين
ثلثين يوما وزلزلت الارض وعرضت
فيها وبا كبير * وفي هذه السنة
نزل عسكر المسلمين على مدينة غزة
ومقدمهم عمرو ابن العاص فارسل
البطريق الذي كان بها من جهة
هرقل الى المسلمين يطلب رجلا منهم
يتحدث معه فقال عمرو ابن العاص
انا ادخل اليه فشكر وعبر على غزة
واجتمع بالبطريق فاكرمه ورحب
به وقال ما الذي جابكم الي بلدنا وما
تريدون فقال له عمرو ابن العاص امرنا
صاحبنا ان نقاتلكم الا ان تكونوا في
ديننا فتكونوا اسوتنا واخوتنا ويلزمكم
ما يلزمنا فلا نتعرض اليكم فان
ابيتم فتودوا الجزية في كل عام ابدا ما
بقينا وبقيتم ونقاتل عنكم من ناواكم
اى تعرض اليكم في وجه من الوجوه
ويكون لكم عهد علينا فان ابيتم
فليس بيننا وبينكم الا السيف فنقاتلكم

حتي نعي لامر الله فلما سمع البطريق كلام عمرو بن العاص وجسارته في كلامه فلم يشك انه امير القوم فامر اصحابه اذا خرج عمرو ومن عنده يقتلوه وكان مع عمرو غلام يعرف بالرومية فعرفه بما قال البطريق فعمل الحيلة وعاد الي البطريق وقال ان اكابر القوم هم عشرة رجال هم مدبروا القوم وهم ارادوا العبور معي فوجهوني لاسمع كلامك واعود اليهم فيدخلون اليك يتحدثون معك فقال البطريق وفي القوم مثلك قال عمرو اذا اكلمهم لسانا واقصرهم حجة واذناهم قدرا وهم يحضرون اليك تسمع كلامهم قال البطريق افعل وفكر البطريق في ان قتل عشرة اخير من واحد ومنع من قتله رجا انه يحضر في جملة العشرة فيقتل الجميع فلما خرج عمر من الباب اعلم اصحابه وقال لا اعود الي مثلها ابدا فخرج الروم اليهم فتقاتلوا فكانت الهزيمة علي الروم وقتل منهم جماعة كبيرة وما برح المسلمون في اثرهم الي ان وصلوا بيت المقدس وقيساريه تحصنوا فيها فتركوهم ومضوا الي البتنيه وكتبوا الخبر الي ابي بكر فوفاه الرسول قد مات رضي الله عنه ۞

ut Dei exequamur mandatum. Vt audivit Gubernator ſermonem Amri & audaciam verborum ejus, non dubitavit quin ipſe eſſet populi Dux: juſſitque ſuos ut eum à ſe exeuntem interficerent. Sed erat cum Amro puer intelligens Romanè, qui ſignificavit ei id quod Gubernator dixerat: unde, excogitato figmento, redÿt ad Gubernatorem, eique dixit. Principes populi 10 viri ſunt gubernantes populum, qui cupiunt tranſire mecum, itaque mitte me ut reverſus ad eos indicem ÿs ſermonem tuum, ipſique ingrediantur ad te, & colloquantur tecum. Gubernator, An & tui ſimiles, ait, in populo ſunt? Reſpondit Amrus: Ego eorum rudiſſimus lingua ſum, breviſſimus in diſceptatione, & infimus potentiâ: ipſi ad te accedent, & audies ſermonem eorum. Gubernator reſpondit: Id fac: Cogitans autem, necem decem virorum præſtare nece unius, vetuit ne occideretur, ſperans eum adfuturum cum decem illis, quò omnes occideret. Vtque Amrus porta eſt egreſſus ſignificavit id ſuis, dicens: Non ego revertar ad tales unquam. Egreßis deinde contra eos Romanis, conflixerunt: ſed Romani in fugam verſi ſunt, plurimique eorum occiſi: nec perſequi eos deſierunt Muſlimi, donec pervenerunt Hieroſolymam, & Cæſaream, ubi ſeſe muniverunt: unde ÿs relictis abierunt in Bithyniam, remque omnem ad Abubecrum perſcripſerunt. Sed hic jam vita exceſſerat, cum nuntius adveniret. miſereatur ejus Deus.

Vincuntur Romani.

CAPVT TERTIVM.

الثالث من خلفا المسلمين عمر ابن الخطاب رضي الله عنه *

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله عمر بن الخطاب بن نفيل بن عبد العزيز ابن رياح بن قرط بن رواح بن عدي ابن كعب بن لوي بن غالب * قال بويع له بالخلافة يوم مات ابو بكر رضي الله عنه بوصية ابي بكر اليه ۞

Tertius Muſlimicorum Imperatorum OMAR filius ALCHITTABI, *f. m.*

OMAR *(ait Abugjafar Tabarita f. m.) filius eſt Alchittabi, filÿ Nokaili, filÿ Abdullazizi, filÿ Riahi, filÿ Carti, filÿ Rawahi, filÿ Adis, filÿ Caabis, filÿ Luæi, filÿ Galibis. Deſignatus eſt Chalifa eo die quo obÿt Abubecrus, & quidem juſſu ejus.*

Anno

Muſlimi aggrediuntur Perſas.

Anno hoc 13 Hegiræ, miſit Omar, felicis memoriæ, Abuobeidam filium Maſudi Tſakifium contra Perſas, cum quibus pugnavit in Hira, viceruntque Muſlimi, plurimis Infidelium occiſis. Commiſſum deinde eſt prælium Hiranum, in quo occiſus Abuobeidas felicis memoriæ cum multis Muſlimis, qui magnam cladem acceperunt. At poſt factum eſt prælium Buwaibicum, in quo ſuccumbentes Infideles, magnam acceperunt cladem.

Prælium Hiranum.

Prælium Buwaibicum.

Cœpit 25 Februarij. A.C.635.

Anno decimo quarto capta eſt Damaſcus: profectique contra eam ſunt Muſlimi, Duce Chalide filio Walidis. Omar enim ut ad Chalifatum promotus fuit, Chalidem filium Walidis abdicavit præfectura Syriæ, eiq; præfecit Abuobeidam filium Algjarahi: ſed non ſignificavit id Abuobeidas Chalidi, niſi poſt captam Damaſcum. Profecti itaque Muſlimi contra Damaſcum, arctiſſimè eam obſederunt, abhibitis etiam balliſtis, per ſeptuaginta dies, aut ſecundum quoſdam ſex menſes. Deinde tandem eſt capta, & vi ingreſſus eam eſt Chalid, per portam Thomæ, Abuobeidas verò facta pace, per portam Exactricis. Capta autem eſt menſe Regjebo.

Capitur Damaſcus.

Præfecit & hoc anno Omar bello Iracico Saadum fil. Abuwaccaſi, & copias aliquot cum eo miſit. Vtque in Cadiſiam eſt profectus, convenerunt ad eum duodecim millia. Accedentibus deinde ad eos Perſis cum triginta millibus, Duce Ruſtemo, facta ſunt in Cadiſia complura prælia: inter quæ fuit Dies ſubſidiorum; *Prælium ſic dictum, quod ipſis pugnantibus 6000 milites è Syria ijs venerint ſubſidio:* & Dies concuſſionis; *cujus magna fuit clades; pugnaruntque mane, uſque ad meridiem, & occiſus eſt Ruſtemus, multique milites. Erat autem numerus militum Infidelium in Cadiſia centum & viginti millium; Muſlimicorum verò circiter triginta millium. Ac è Muſlimis quidem ſeptem mille & quingenti ſunt cæſi: at Infidelium major pars periit. Cinxerunt quoque muro Muſlimi hoc anno, juſſu Omaris f. m. Baſram & Cufam.*

Prælia.

وفي هذه السنة الثالثة عشرة للهجرة جهز عمر رضي الله عنه ابا عبيده بن مسعود الثقفي الى فارس فقاتلهم بالحيرة ونصرت المسلمون وقتل من المشركين خلق كثير * ثم كانت وقعة الحيرة فقتل فيها ابو ابيده رحمه الله وخلق من المسلمين وكانت الكسرة عليهم ثم كانت وقعة البويب فكانت الكسرة على المشركين وقتل منهم مقتلة عظيمة ۞

قال وفي السنة الرابعة عشر كان فتح دمشق وذلك ان المسلمين نازلوها واميرهم خالد بن الوليد وكان عمر رضي الله عنه لما اقصت اليه الخلافة عزل خالد بن الوليد عن الشام وولي ابا عبيده بن الجراح فلم يعلم ابو عبيده خالد بذلك الابعد فتوح دمشق ولما نزل المسلمون دمشق حاصروها حصارا شديدا ونصبوا عليها المناجنيق واقاموا عليها سبعين ليلة وقبل ستة اشهر ثم فتحت فدخلها خالد من باب توما عنوة ودخلها ابو عبيده من باب الجابية صلحا وكان فتحها في شهر رجب ۞

قال وفيها ولي عمر رضي الله عنه حرب العراق سعد بن ابي وقاص وبعث معه الجيوش * فصار الي القادسية واجتمع معه اثنا عشر الفا فجاتهم الفرس وقايدهم رستم في ثلثين الفا فكانت بالقادسية وقعات منها يوم اعواث وسمي بذلك لوصول ستة الف من اجناد الشام مددا لهم وهم في القتال ثم كانت ليلة الهريرة فكان القتال فيها شديدا واقتتلوا صبيحا الي ان قام قايم الظهيرة وقتل رستم وقتل من عسكره خلق كثير وكان عدة عساكر المشركين في القادسية ماية الف وعشرين الفا فكانت عساكر المسلمين قريبا من ثلثين الفا وعدة من اصيب من المسلمين منها سبعة الف وخمس ماية وهلك من الفرس اكثرهم * وفي هذه السنة احيط المسلمون البصرة والكوفة بامر عمر رضي الله عنه ۞

Anno decimo quinto Hegiræ, cum conveniſſent Romani, congregati ſunt Muſlimorum milites 36000: numerus autem Infidelium erat 240000: ſed fugarunt eos Muſlimi, atque innumeros occiderunt. Commiſſa & plurima hoc anno ſunt prælia in quibus victoriam obtinuerunt Muſlimi. Hinc Abuobeidas & Chalid poſitis caſtris ad Emiſſam, eam aliquamdiu obſederunt; ſed conciliati ijs deinde ſunt Muſlimi, & ſecuritatem conceſſerunt; ea conditione, ut tributarij ipſis eſſent. Deinde miſit Abuobeidas Chalidem Kinnaſrinum, quod deditione cepit, poſtquam Mathias cum multis Romanis bellum ei movit, in Hadiria. At occiſo Mathia cum militibus ejus, ingreſſus eſt Chalid loca illa, eaque ſubjugavit.

Cœpit 14 Februarij. A.C.636.

Emiſſa capitur,

& Kinnaſrinum.

Anno 16 Hegiræ egreſſus eſt Omar f. Alchittabi in Syriam, ut Medinæ præfeceret Alim filium Abutalibis, aut, ut volunt quidam, Otſmanem f. Affani: abijtque Gjajinam: & conciliatus ei eſt Artenon, Princeps Ramlæ, quam Amrus f. Alaſi & Sergjilus obſederant. Artenoni conciliatus Omar ſel. mem. miſit Amrum filium Alaſi & Sergjilum Hieroſolymam, eamque obſedit. Cum autem ad extremam anguſtiam redacti eſſent, pacem petierunt, ſed ea lege, ut ſecuritatem ipſis concederet Omar, quam & impetraverunt: ita ut conciliatus ipſis fuerit Omar: qui ſubjugatâ Palæſtinâ, terraque ſanctâ, & impoſito hominibus tributo, miſit Amrum f. Alaſi in Aegyptum, cum magna Muſlimorum multitudine.

Cœpit 2 Februarij. A.C.637.

Muſlimi capiunt Hieroſolymam.

Eodem hoc anno occupavit Saadus fil. Abuwaccaſi, Medajinam Coſroæ, tranſijtque ipſe & Muſlimi Medajinam, & potiti ſunt omnibus opibus & theſauris Coſroæ: dicunturque inveniſſe ter millies mille millia aureorum: inveneruntque domum in qua corbes erant veſtiti plumbo, in quibus vaſa erant aurea & argentea. Invenerunt & domum plenam camphora, quam Muſlimi rati ſal eſſe, in fermento uſurparunt, unde amarus erat panis. Invenerunt & coronam Coſroæ,

& Medajinam Regiam Coſroes.

&

قال وفي السنة الخامسة عشر للهجرة اجتمعت الروم وحشدت وقصدت جيوش المسلمين ستة وثلثين الفا وعدة المشركين مايتي الف واربعين الفا وهزم المسلمون عددهم وقتلوا منه ما لا يحصي كثرة * قال وفيها كانت غزوات كثيرة مع الروم وكان الظفر فيها للمسلمين * قال ثم نزل ابو عبيده وخالد على حمص فحاصروها مدة ثم صالحهم المسلمون علي الجزية وامنوهم * قال ثم بعث ابو عبيده خالد الى قنسرين ففتحها صلحا بعد ان قاتله متياس في جمع كبير من الروم بالحاضر فقتل متياس ومن معه وذوح خالد تلك البلاد ومهدها ۞

Apud nos ex mandato eſt: neque concidit tectum ſupra nos,
Neque obſcuratus eſt ſol noſter, aut luna noſtra.

Prælium Cameli.

Diſcedentes deinde Meccâ Ajisja, Talha, & Zubeirus contenderunt Baſram, cum magno exercitu; ac ceperunt eam, & ſpoliarunt ærarium ejus, abijtque ad eos Medinâ Alis, cum 20 millibus. At Ajisja, Talha, & Zubeirus triginta habebant millia. & concurrerunt Baſræ, die Iovis, qui decimus erat Gjumadæ prioris, &

Talha & Zubeirus occiduntur

occiſus eſt Talha, atque fugit Zubeirus quem perſequutus eſt Amrus f. Gjurmuzi, & interfecit in Valle leonum. Annos autem habebant ſinguli, Talha nempe & Zubeirus, 64: In fugam quoque verſi ſunt milites Ajisjæ, ut ex utroq; exercitu plura quam 30 ceciderant millia. Sunt tamen qui dicunt è Populo cameli † octo interfecta fuiſſe millia; ſunt qui 17 millia; & ex po-

Ajisja capitur.

pulo Alis circiter mille. Dicuntur a. ad frenum cameli cui inſidebat Ajisja amputatæ eſſe 70 manus, omnes filiorum Dabæ: amputatâ unius manu ilico acceſſit alius: tandem pedibus truncatus eſt camelus, ut erinacei inſtar telis erat transfixus. Occiderunt autem eum Vſturmelicus Nagjaæus, & Ammarus f. Baſiri, qui ſellam mox curarunt auferendam, & Ajisjam ex ea eduxerunt. Dicitur autem Alis, fel. mem. haſtâ ſuâ ſellam illam verberaſſe, & dixiſſe, Quid tibi videtur de eo quod Deus tibi facit? Reſpondit Ajisja, Viciſti ô Alis, parce. Deinde miſit eam Medinam, cum 70 mulieribus, ex filijs Abdallæ filij Caiſi, habitu virili. Devicto in hunc modum

وقيل انها قالت قتل عثمان والله مظلوما والله لاطالبن بدمه فقال لها اين ام كلاب والله لقد كنت تقولين اقتلوه قتلا فقد كفر قالت استتابوه ثم قتلوه وقد قلت وقالوا وقولي الاخير خير من قولي الاول فقال اين ام كلاب ۞

ن منك الندا ومنك الغير ومنك الرياح *

ن ومنك المطر وانت امرت بقتل الامام وقتله *

ن عندنا من امر ولم يسقط السقف من فوقنا *

ن ولا انكشفت شمسنا والقمر *

قال ثم سارت عايشة وطلحه والزبير من مكه قاصدين البصره في جيش كثيف فاستولوا عليها ونهبوا بيت مالها فسار اليهم علي من المدينه في عشرين الفا ومع عايشة وطلحه والزبير ثلثون الفا فالتقوا بالبصره يوم الخميس عاشر جمادي الاولي فقتل طلحه وانهزم الزبير فلحقه عمرو بن جرموز فقتله بوادي السباع وكان سن كل واحد من طلحه والزبير اربعة وستين سنه وانهزم اصحاب عايشه بعد ان قتل من الفريقين ما ينيف عن ثلثين الفا وقيل كان عدة المقتولين من اصحاب الجمل ثمانية الف وقيل سبعة عشر الفا وقتل من اصحاب علي نحو الف وقيل قطع علي خطام الجمل الذي كانت عايشه راكبته سبعون يدا كلهم من بني ظبه كلما قطعت يد رجل تقدم اخر ثم عقر الجمل بعد ان صار كالقنفذ من السهام والذي عقره الاشتر مالك النجعي وعمار بن ياسر ثم احملوا الهودج ونحوا عايشه منه ويقال ان علي رضي الله عنه وكر الهودج برمحه وقال كيف رايت صنع الله بك فقالت ملكت فاسجح علي فجهزها الي المدينة في سبعين امراة من بني عبد الله بن قيس في هيات الرجال * ولما انتصر علي اصحاب

الجمال توجه الي الكوفه ونزلها واقام بها ۞

وفي هذه السنة بعث علي خريز بن عبد الله النحلي الي معويه ابن ابي سفيان يدعوه الي البيعه فلم يجب * وفيها عزل قيس ابن سعيد عن امره مصر وولاها الاشتر مالك بن حارث فمات مسموما بالقلزم فولاها محمدا بن ابي بكر الصديق ۞

قال وفي هذه السنة سار علي عليه السلام من الكوفه وقدم امامه طليعة اثني عشر الف فارس وسار اليه معاويه بن ابي سفيان في جيوش اهل الشام فالتقوا بصفين واخذوا في القتال وذلك في اول ذي الحجة ۞

قال وفي سنة سبع وثلاثين للهجرة كانت جمهور وقعات صفين بين علي ومعويه وكان مدة المقام بها ماية وعشرة ايام وقع فيها تسعون وقعة كل وقعة يتقدمها موعظه من علي وطلب من معويه البيعة وحقن الدماء فلم يجبه معاويه وقال لا نفعل حتي تدفع الينا قتلة عثمان فنقتلهم به ثم اعزل الامر ليكون الخلافة شورا يولون الناس امورهم لمن يجتمعون عليه ۞

قال وفي الوقعة الثالثة والثلثون من الوقعات قتل عمار بن ياسر قال والوقعة الاخيرة تسمي ليلة المرير وسميت بذلك لان الفريقين تطاعنوا بالرماح حتي تقصفت ثم تعانقوا القتال بعضهم لبعضهم وكان الرجل منهم يمر علي صاحبه بحيث لا يسمع منهم صوت مقوم ويقال ان علي كان كلما قتل قتيل كبر فاحصي له تلك الليلة خمسماية تكبيرة وقيل ان عدة من قتل من الفريقين تلك الليلة سبعون الفا من الشام خمسة واربعون الفا ومن العراق خمسة وعشرون الفا وقيل ان هذه عدة من قتل بصفين في المدة كلها ۞

قال وكانت صبيحة ليلة المرير ظهورا بينا وكادت الغلبة تكون لهم فاشار عمرو بن العاص علي معويه برفع المصاحف علي الرماح خديعة

Populo Cameli, Alis profectus est Cufam, ubi fixis tentoriis substitit.

Misit & hoc anno Harizum f. Abdallæ Nahalæum ad Muaviam f. Abusofiani, invitans eum ad præstandum fidelitatis juramentum, sed is non auscultavit ei. Abdicavit & gubernatione Aegypti Caisum f. Saïdi, præficiens ei Vsturmelicum f. Harithi Asjiræum, qui obiit Colzumæ, veneno sublatus: unde præfecit ei Muhammedem f. Abubecri Iusti.

Discessit & hoc anno Alis Cufa, ut exploratum præmiserat 12000 equites: venitque ad eum Muavias f. Abusofiani, cum copijs aliquot Syrorum, & obviarunt sibi in Saffeina; atque pugnare cœperunt die primo Dulhiggiæ. Muavias & Alis congrediuntur.

Anno autem 37 plurima commissa sunt prælia in Saffeina, ab Ali & Muavia, duraruntque dies 110: quibus 90 sunt facta certamina; quorum singulis præmisit Alis exhortationem, petens à Muavia ut fidelitatis ei juramentum præstaret, & ab effusione sanguinis abstineret: sed non auscultavit ei Muavias, dicens, Non desistemus, donec nobis tradas interfectores Otsmanis, quo occidamus eos: & deinde imperium deponas, fiatque Chalifatus interregnum, ut populus eum negotijs suis præficiat de quo inter eum conveniet. Cœpit 19 Iunij. Afc. 657. Multa prælia ab Ali & Muavia commissa

Prælio 33 occisus est Ammarus f. Basiri. Prælium ultimum vocatum est Nox Fortis, *propterea quod uterque exercitus hastis usus est, donec fractæ omnes fuerunt; & deinde alij alios adorsi, pugnare cœperint, & irruerit quilibet in socium suum, ubi strepitus nullus audiebatur. Diciturque Alis quotiescunq; occisus erat aliquis laudavisse eum, & numerantur encomia ea nocte ab illo facta 500. Dicuntur autem utrimque illa nocte cecidisse 70000, è Syris scilicet 45000, & ex Iracis, 25000. Tradunt tamen quidam numerum illum esse eorum, qui toto illo tempore in Saffeina sunt occisi.* Nox fortis prælium.

Cum autem apparere & lucere aurora noctis illius inciperet, parumque abesset quin victoria illis cederet, monuit Amrus f. Alasi Muaviam, uti fraudationis causa, Alcoranos hastis in sublime tolleret: unde

unde & elevati 4 haſtis ſunt; clamaruntque, Hic liber Dei inter nos & vos ſit. *Et Iraci repugnantes Ali, timere eum fecerunt, ne, ſi non auſcultaret Syris ad judicium libri Dei ipſum invitantibus, ſe interficerent: itaque præcepit hominibus, ut à pugnando abſtinerent: unde abſtinuerunt; & reverſus uterque exercitus eſt. Deinde convenit inter eos, ut ſequeſtrem unum ex ſe producerent Iraci, & Syri ex ſe alium, qui promitterent ſe controverſiam tractaturos ſecundum librum Dei, atque ut id ſequerentur de quo inter eos conveniret. Et elegerunt, Syri quidem Amrum f. Alaſi, Iraci vero Abumuſam Asjaræum: ſcripſerunt q; libellum quo adſtrinxerunt Muaviam & Alim, ac milites eorum, ut acquieſcerent in eo de inter quo duos illos ſequeſtres conveniret. Conſtitutus terminus eſt menſis Ramadanus; & locus conventus, urbs Daumalgjandela, tractaruntque cum ſequeſtribus illis, ut ex jure & æquo inter hunc populum diſcernerent: atque ea de re primos aliquot utrarumque partium teſtificati ſunt, Hinc Alis cũ ſuis Cufam eſt reverſus; Muavias verò cum ſuis in Syriam. Dicuntur autem milites Alis in Saffeina numero fuiſſe 90000; Muaviæ autem 120000. Cumq; Alis f. m. ex Saffeina diſceſſiſſet, deſeruerunt eum 12 millia militum ejus, improbantes virorum arbitrium: Ducemq; ſibi elegerunt Abdallam f. Wahabi Raſitæum.* x *At Alis ad eos miſit Abdallam fil. Abbaſi, qui cum ijs diſputavit, & litigavit, dicens: Si Deus Opt. Max. hominum præcipit arbitrium de eo, quod vel ſtateris quadrantem tantum valet, quarè id non admittatur, ubi de non fundendo Muſlimorum ſanguine agitur? Vicitque eos diſputando: unde major eorum pars ad ipſum reverſa eſt, remanente ſolo Abdalla cum 1800 viris. Sequeſtres autem illi duo convenerunt Daumalgjandelæ, cum militibus aliquot Alis & Muaviæ. Erat autem Amrus fil. Alaſi callidiſſimus Arabum; at Abumuſa idiota erat, unde fefellit eum Amrus; dicens, Conveniat inter nos, utrumque imperio deponendum eſſe, & Chalifatum aſſignandum Abdallæ, f. Omaris, fil. Alchittabi: atque eo & Abumuſa inclinavit. Diciturque inter ambos conveniſſe de utroque deponendo, atque*

Sequeſtres inter Alim & Muaviã eligunturAmrus & Abumuſa.

Deſerunt Alim milites quidam.

Amrus Abumuſam decipit.

فرفعت علي اربعة رماح وصاحوا هذا
كتاب الله بيننا وبينكم فاختلف اهل
العراق علي علي عليه السلام وخوفوه ان
لم يجب الي ما دعي اليه اهل الشام من
تحكيم كتاب الله ان يقتلوه فامر الناس
ان يكفوا عن القتال فكفوا ورجع الفريقان
ثم وقع الاتفاق علي ان يخرج اهل العراق
حكما منهم واهل الشام حكما منهم
ويوخذ عليهم العهود ليعملا بما في كتاب
الله ثم يتبعوا ما اتفقا عليه فرضي اهل
الشام بعمرو بن العاص ورضي اهل العراق
بابي موسي الاشعري وكتبوا فيه كتابا
اخذوا فيه العهود علي معويه وعلي واصحابه
بالوقوف عند ما يتفق عليه الحكمان
وتقرير الاجل شهر رمضان والمجمع بدومة
الجندل فاخذت العهود علي الحكمين
المذكورين ان يحكما بالحق بين هذه
الامة واشهدوا علي ذلك جماعة من اكابر
الفريقين ثم رجع علي باصحابه الي الكوفه
ورجع معويه باصحابه الي الشام * قيل
كانت اصحاب علي بصفين تسعين الفا
واصحاب معويه مايه الف وعشرون الفا ولما
رجع علي عليه السلام من صفين فارقه اثنا
عشر الفا من اصحابه منكرين عليه تحكيم
الرجال فامروا عليهم عبد الله بن وهب
الراسبي x فبعث اليهم علي عبد الله بن عباس
فناظرهم واقام الحجه وقال ان الله تعالي
امر بتحكيم الرجال فيما قيمة ربع درهم
فكيف لا يجوز في حقن دماء المسلمين
وبالغ في الاحتجاج عليهم فرجع اكثرهم
اليه ولم يبق سوا عبد الله بن وهب ومعه
الف وثمانية رجل * واما الحكمان فانهما
اجتمعا بدومة الجندل مع جماعة من اصحاب
علي ومعويه وكان عمرو بن العاص داهية
العرب وابو موسي الاشعري امبا فخدع
عمرو بن العاص ابا موسي الاشعري وقال
دتفق علي خلعهما ونقلدها عبد الله بن
عمر بن الخطاب وكان ابو موسي مايلا
الي ذلك وقبل انهما اتفقا علي خلعهما

x Lege in Arabico textu الراسبي. Et in Latino Rasebiensem. Vide Pocock in Notis ad Spec. Hist. Arab. p. 270.

UNED

atque ita efficiendo è Chalifatu interregnum Muſlimis. Cumque jam homines conveniſſent, dixit Abumuſa, Surge Amre & depone Dominum tuum: ſed noluit ei Amrus præire, opinionem ei injiciens, ſe reverentiæ ei exhibendæ gratia id facere, unde ſurrexit Abumuſa, & Alim depoſuit: mox & Amrus ſurrexit, atq; aſſenſus Abumuſæ eſt, de Alis depoſitione; relinquens Chalifatum Muaviæ: unde maledixit ei Abumuſa, ſed Amrus ei reſpondit: & homines diſperſi ſunt. Amrus autem & Muaviæ milites ad Muaviam reverſi, ſalutarunt eum Chalifam.

Narrant autem Chriſtianorum Hiſtoriæ, Conſtantinum fil. Conſtantini, Rom. Imp. hoc anno, qui 37 eſt Hegiræ, obiiſſe, & poſt eum imperaſſe Iuſtinianum annos 11, qui & vita tunc quoque exceſſit. Conſtantinus obit. Iuſtinianus.

✱ Anno 38 occurrerunt Alis & Abdalla f. Wehabi, Albaraſio cum ſocijs ejus Chawarigijs, atque omnes occiderunt, ita ut ne unus quidem evaderet. Occupavit & hoc anno Muavias f. Abuſoſiani Aegyptum, cui Alis nomine præerat Muhammed f. Abubecri Iuſti. Huc pertinet quod ſupra diximus Muhammedem fil. Haniſæ filij Atbæ jam ante invaſiſſe Aegyptum, tempore Otſmanis, quem & imperio depoſuit. Venitque in Aegyptum Muavias f. Abuſoſiani anno 36, & cepit Muhammedem fil. Haniſæ, qui & cognatus ejus erat, cum multis eorum qui ad Otſmanem profecti erant, eum occiſuri, conjecitque eos in carcerem, in Palæſtina: unde cum deinde aufugiſſent, perſequutus eos eſt Palæſtinæ Gubernator; atque occidit eos, menſe Dulhiggia anni 37. Miſit autem Alis f. m. Caiſum, f. Saïdi, f. Abadi Medinenſem, ut Gubernator Aegypti eſſet; eratque prudens & ingenioſus: at Muavias ſtuduit eum inde amovere, & muneribus corrumpere: verum cum ſuſpicaretur Alis Caiſum ad Muaviam ſcribere, animoque in eum propenſo eſſe, imperium ei abrogavit, Aegypto præficiens Vſturmelicum fil. Harithi, Nagjaæum. Hic ut Colzumam venit, ſubornavit Muavias quendam, qui guſtandum ei dedit mel veneno infectum, unde obiit. Cœpit 8 Iunij. A.C. 658. Muavias Aegyptum capit. Caiſus præfectus Aegypti. Melicus f. Harithi veneno tollitur.

Hinc

وجعلاها سورا بين المسلمين فلما اجتمع الناس قال ابو موسي الاشعري يا عمرا قم فاخلع صاحبك فابي عمرو ان يتقدمه واوهم انه يفعل ذلك اجلالا له فقام ابو موسي فخلع علي فقام عمرو فوافقه على خلعة علي عليه السلام واثبتها لمعويه فشتمه ابو موسي فرد عليه عمرو وتفرق الناس واما عمرو واصحاب معوية فانهم عادوا الى معوية وسلموا عليه بالخلافة ۞

وفي تواريخ النصاري ان قسطنطين بن قسطنطين ملك الروم مات في هذه السنة وهي السابعة والثلثون للهجرة وملك ابنه يوسطنيانوس بعده علي الروم اثني عشر سنة ومات ۞

قال وفي سنه ثمان وثلثين التقي علي وعبد الله بن وهب البراشي واصحابه الخوارج فقتلوا الجميع ولم يفلت منهم احد * وفي هذه السنة فتح معوية بن ابي سفيان مصر وعاملها لعلي محمد بن ابي بكر الصديق ومن حديث ذلك ان محمدا بن حنيفة بن عتبه كان قد تغلب في ايام عثمان علي مصر وخلع عثمان وذكرنا ذلك اولا وسار معويه بن ابي سفيان الي مصر في سنة ست وثلاثين فساعد محمدا بن حنيفه وهو ابن خاله وجماعة ممن كان سار الى عثمان في قتله رهينه وسيرهم معويه الي الشام فسجنهم في بلد فلسطين ثم هربوا فلحقهم صاحب فلسطين فقتلهم في ذي الحجه سنة ست وثلاثين وسير علي عليه السلام قيس بن سعيد بن عباد الانصاري اميرا على مصر وكان داراي ودها فاجتهد معاويه في اخراجه من مصر فتوصل واوهم على بان قيس يكاتب معاويه وربما مال اليه فعزله وولي مصر الاشتر مالك بن الحارث النخعي فلما بلغ القلزم دس عليه معاويه من اطعه عسلا مسموما فمات منه

* Emenda ex Pocockio in notis ad Specimen Hiſtoriae Arabum, pag. 270. Anno 38. occurrit Alis Abdallaho filio Wahabi Al Rasebiensi, cum ſociis eius Charejiis. ut pro البراشي reponatur الرسبي aliorum qui eandem narrant hiſtoriam, fide.

UNED

Hinc Alis Aegypto præfecit Muhammedem fil. Abubecri Iusti, qui ut in eam venit, ejecit Harithæos, qui è nigerrimis Arabum sunt. Hi profecti ad Muaviam, assmupsserunt Amrum f. Alasi, & ingressi sunt Aegyptum: unde fugerunt Aegyptij; & abscondidit se Muhammed fil. Abubecri: at invenit eum Muavias f. Chodbagi, atque eductum necavit, & asini cadaveri impositum igne combussit. Occisus autem est ut Aegypto præfuerat 5 menses: dicitur tamen etiam anno 40 interfectus esse. Atque ita Aegypto præfuit, nomine Muaviæ f. Abusofiani, Amrus f. Alasi.

Muhammed filius Abubecri necatur.

Cœpit 29 Maij. A.C. 659.

Anno 39 distribuit Muavias f. Abusofiani copias suas per fines Alis f. m. misitque exercitum unum Ainuttarmum, duce Nuamano fil. Basjiri: unum Bunitum: unum Teimaam, direptum eleemosynas. Misit & hoc anno Muavias Dahacum fil. Caisi cum tribus millibus, qui, ut Iracam diripuerunt, in Higjazæ abiere Provinciam, spoliaque multa sunt consequuti; atq; occiderunt quos invenerunt Arabes; & homines à peregrinatione deterruerũt, in Thalabia. Vnde Alis contra eum misit Hagjarum f. Adis cũ 4 virorum millibus, qui assequuti eum sunt Tadmuri, in ditione Emissæ: ubi conflixerunt, & in fugam versus est Dahacus, nocte eos dirimente.

Muavias bellum infert Ali.

Cœpit 17 Maij. A,C. 660

Anno Hegiræ 40 misit Muavias f. Abusofiani Basjerum fil. Artahi cum tribus millibus Medinam, cui Alis nomine præerat Abiobius Medinensis: qui ut Cufam aufugit, ingressus est Basjerus urbem: atque incolæ ejus Muaviæ juramentum fidelitatis præstiterunt: & ille muros ejus destruxit. Deinde abijt Meccam: hinc in Aljamanam, cui Alis nomine præerat Abdalla fil. Abbasi. qui Cufam aufugit. at invenit Basjerus in via duos ejus filios, eosque interfecit; ac plurimos Sanaæ, & in Aljamana mortales, qui partes Alis, f. m. tenebant, occîdit. Hinc reversus est Meccã, atque ibidem, Tajifæ, Iamamæ, & Medinæ 30 millia interemit. Sed misit contra eum Alis quatuor millia, quæ cum appropinquarent Medinæ, recepit se Basjerus Meccam. Deinde pax facta est inter Alim & Muaviam: ut, positis armis, Alis Iracam

ولاها علي محمدا بن ابي بكر الصديق فلما دخل اليها اخرج حريثا وكانت من اسود العرب فضوا الى معاويه واخذوا عمرا بن العاص ودخلوا الى مصر وانهزم اهل مصر فاستتر محمد بن ابي بكر فوجده معويه بن خديج فاخرجه وقتله وجعله في جيفة حمار واحرقه بالنار فكانت ولايته خمسه اشهر وقتل وقيل ان مقتل محمد بن ابي بكر سنة اربعين وولي عمرو بن العاص مصر من جهة معاويه ابن ابي سفيان ۞

قال وفي سنة تسع وثلثين فرق معاويه بن ابي سفيان جيوشه في اطراف علي عليه السلام فبعث جيشا الي الانبار وجيشا الي عين التمر ومقدمه النعمان بن بشير وجيشا الي بنيت وجيشا الى تيما لخبابة الصدقات * وفيها بعث معاوية الضحاك بن قيس في ثلثة الف فاغار علي ارض العراق ومضي الى ارض الحجاز واخذوا اموالا جزيلة وقتلوا من صادفوا من الاعراب وحبسوا الناس عن الحج بالثعلبيه فسير اليهم علي حجر بن عدي في اربعة الف فادركوه بتدمر من ارض حمص فاقتتلوا فانهزم الضحاك واصحابه وحجر بينهم الليل ۞

وفي سنة اربعين للهجرة سير معويه بن ابي سفيان بشر بن ارطاه في ثلثه الف الي المدينة وعامل علي عليها ابو ايوب الانصاري فانهزم الي الكوفه ودخل بشر الي المدينة وبايع اهلها لمعويه وهدم دورانهم ثم مضي الي مكة ثم الي اليمن وعاملها لعلي عبد الله بن العباس الذي هرب الي الكوفة وصادف بشر في الطريق ابنين له فقتلهما وقتل بصنعا وبلاد اليمن خلقا كثيرا من شيعه علي عليه السلام ثم عاد الي مكه وقتل بها وبالطايف واليمامه والمدينة ثلاثين الفا فندب اليه علي اربعه الف فلما قربوا الي المدينة سار بشر واصحابه الي مكة * ثم جرت مهادنة بين علي ومعويه على نزل الحراب بينهم ويكون لعلي العراق

والمعويه الشام ولا يدخل احدهما في عمل الاخر بجيش ولا غارة ۞

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله في هذه السنة كان مقتل علي عليه السلام وذلك ان ثلاثه من الخوارج اجتمعوا وهو عبد الرحمن بن ملجم والمبارك بن عبد الله الملقب بالتركي وعمرو بن بكر التميمي علي ان عبد الرحمن بن ملجم يقتل علي عليه السلام والتركي معويه بن ابي سفيان وعمر التميمي عمرا بن العاص وتواعدوا لذلك ليلة سابعة عشر رمضان ومضي كل واحد منهم الي بلد مقصده * فاما التركي فوثب علي معويه وقد خرج لصلاة الصبح فضربه بسيف مسموم فاصاب اليته فجرحه وقبض علي التركي فقتل وسلم معويه * واما عمرو بن بكر فوثب علي خارجه صاحب شرطة عمرو بن العاص ظنا منه انه عمرو فقتله فقبض عليه واتي به الي عمرو بن العاص فقتله قال اردت عمرا واراد الله خارجا * واما عبد الرحمن فانه ضرب علي علي جبهته وقد خرج لصلاة الصبح فلما ضربه قال قتلته ورب الكعبة وخرج بن ملجم هاربا فادركوه واحتاطوا به * وحمل علي الي منزله واقام جريحا ثلاثة ايام ثم قضي الي رحمه الله وكان ضرب بن ملجم ليلة الجمعة لسبع عشرة ليلة خلت من شهر رمضان ولما توفي دفن بالتحف وهو موضع قبره الان وقيل دفن في الكوفه في قصر الامارة وقيل دفن ليلا وغيب قبره * وقيل ان علي قال اطيبوا طعام عبد الرحمن والينوا فراشه فان اعش فعفوا عنه وان امت فالحقوه بي اخاصمه بين يدي الله فلما مات اخذه عبد الله بن جعفر بن ابي طالب والحسن بن علي فقطع عبد الله يديه ورجليه واكحله بمسمر معي وقطع لسانه ثم احرق بالنار وقيل ضرب عنقه وجعلوه في قوصره واحرقوه بالنار * وكان مدة خلافة علي عليه السلام خمسة سنين الاثلثة اشهر

Muavias autem Syriam obtineret, neque alter alterius ditionem cum exercitu, aut prædatione ingrederetur.

Atque hoc ipso anno, ait Abugjafar Tabarita, occisus est Alis fel. mem. Cum enim convenissent inter tres Chawarisios, Abdurrahmanem scil. filium Melgjemi, Hagjagjum fil. Abdallæ, cognomine Turcam, & Amrum f. Becri Temimæum, ut Abdurrahman fil. Melgjemi occideret Alim, fel. mem. Turca Muaviam f. Abusofiani, & Amrus Temimæus Amrum fil. Abulasi; atq; ei rei diem constituissent 17 Ramadani, abüssentque singuli in urbem intentionis suæ; Turca irruit in Muaviam, qui egressuserat ad orationem matutinam, & gladio eum percutiens venenato tetigit nates ejus, & vulneravit eum; sed prehensus est Turca, & occisus: salvatus vero Muavias. Amrus autem filius Becri irruit in Charigjam Præfectum militum Amri f. Alasi, ratus eum Amrum esse, atque occidit eum: unde prehensus est, & adductus ad Amrum, qui interfecit eum dicentem, Ego Amrum volui, at Deus voluit Charigjam. Abdurrahman autem f. Melgjemi ferijt Alim in fronte ejus, ut exiverat ad orationem matutinam, eoq; percusso, Occîdi eum, ait, per dominum Caabæ †: atq; egressus, aufugit; sed prehenderunt eum & custodiverunt. Alis autem domum suam portatus, ut triduum vulneratus supervixit, è vita migravit. ferijt autem eum filius Melgjemi die Veneris, qui 17 erat mensis Ramadani. Vtq; obijt, sepultus est in Tahafa, ubi nunc est locus sepulturæ ejus. Sunt tamen qui dicunt eum Cufæ sepultum esse, in arce imperiali. Alij ajunt noctu sepultum, & sepulchrum ejus ignorari. Dicitur quoque Alis dixisse, Cibum date Abdurrahmani bonum, ac lectum mollem, & si convalescã parcite ei; si vero moriar, adjungite eum mihi, ut accusem eum coram Deo. Vtque obijt Alis; ceperunt eum Abdalla f. Gjafaris fil. Abutalibis, & Hasenus fil. Alis. Atque Abdalla manibus & pedibus eum truncavit, & clavo candente denigravit: & tandem, abscissâ linguâ, igne est combustus. Sunt qui dicunt decollatũ eum esse, & corbi impositum combustum. Regnavit autem Alis f. m. annos 5 demptis 3 mensibus, atque

Alis cædes.

Sepulchrum.

Supplicium ficarij.

Forma. *atque annos natus erat 63, aut ſecundum alios, 57, vel 58 etiam. Eratque fuſcus valde; & ſtatura brevior; magno ventre; prolixa barba, neque ſine canitie; & calvus. Sunt & qui cirros eum habuiſſe*

Natura. *dicunt. Averſabatur mundana, ac Deum valde timebat: multus erat in dandis eleemoſynis: juſtus, atq; humilis: defenſor veræ religionis; acutus valde, & multũ pollens eruditione, quippe ſpeculativis ſcientijs & practicis inſtructus: audax, & audaciâ celebris; liberalis; optimæ indolis & naturæ.*

Officiales. *Scriba ejus fuit Abdalla f. Rafij, famulus Prophetæ glor. mem. Dicitur quoq; ei ſcripſiſſe Saïdus f. Nemrani Hamadanæus. Iudex Sjarihus f. Harithi: Ianitor Basjirus, famulus ejus.*

Symbolũ. *Symbolum ſigilli ejus erat,* Soli Deo forti dominium.

Imperium. *Chalifatum obtinuit annos 4, & dies 262: quorum initium dies fuit Sabbathi, finis, Solis: ſive annos ſolares 4, & dies 219: elapſis annis Hegiræ 39, menſibus 8, & diebus 20: annis autem ſolaribus mundi 6152, menſibus 4, & diebus 17.*

Res Chriſtianæ. *Quod autem ad ea attinet, ait Hiſtoricus, quæ Chriſtianorum narrant Hiſtoriæ:*

Benjamin Patriarcha Alexandrinus,. *Benjaminus Patriarcha Alexandrinus Aegyptiorum Iacobitarum, obijt anno Hegiræ 39: factus autem fuerat anno undecimo Heraclij, Imperatoris Romanorum; ita ut duraverit Patriarchatus ejus ab anno Hegiræ primo, ad annum 39 (poſſidebantque Perſæ Miſram, & Alexandriam: quod eorum dominium annos duravit 10: cum ſcilicet obſideretur Conſtantinopolis, tempore Heraclij †) abfuit autem à ſede ſua annos 13; 10 ſcilicet ſub Imperio Perſarum, & tres ſub initium imperij Muſlimorum: tunc enim ei ſcripſit Amrus ſecuritatis libellum, & reverſus eſt ad ſedem ſuam, cum gaudio magno. Obijt autem die 8 menſis Tubæ: & ſubſtitutus in locum ejus eſt Agatus, ſuper Alexandria. Habent Vitæ Patriarcharum eum ſediſſe annos 17, & obijſſe 10 Babæ. Dicitur & propoſitus anno 23 regni Conſtantis, fil. Conſtantini, f. Heraclij, Imp. Rom.*

وكان عمره ثلاث وستين سنه وقيل سبع وخمسين سنة وقيل ثمان وخمسين سنه *
قال ابو جعفر الطبري رحمه الله وكان شديد الادمة اقرب الى القصر عظيم البطن وافر اللحية لا بغير شيبة اصلع ويقال انه الاقرع * قال وكان زاهدا في الدنيا شديد الخشيه من الله كثير الصدقات والبر موثرا علي نفسه مجاهدا في سبيل الله كثير الفهم عزيز العلم وقد حاز العلوم العلمية والعملية وكان شجاعا وشجاعته مشهورة وكان سخيا حسن الاخلاق والسيرة * قال وكاتبه عبد الله بن رافع مولي النبي صلي الله عليه وسلم وقيل كتب له ايضا سعيد بن عمران الهمداني وقاضيه شريح بن الحارث وحاجبه بشر مولاه نقش خاتمه الملك لله الواحد القهار وكانت خلافته اربع سنين ومايتين اثنين وستين يوما اولها يوم السبت واخرها يوم الاحد سنون شمسية اربع سنين ومايتين وتسعة عشر يوما وذلك لتكملة تسع وثلثين سنة وثمانية اشهر وعشرين يوما للهجرة سنة ستة الف وماية اثنتين وخمسين سنة واربعة شهور وسبعة عشر يوما شمسية للعالم * قال المورخ والذي ورد تواريخ النصاري ان البطريرك بنيامين بطريرك الاسكندرية للقبط البعاقبه توفي في السنة التاسعة والثلثين للهجرة وكان قدم في السنة الحادية عشر لهرقل ملك الروم واستمرت بطريركته من اول الهجرة والي السنة التاسعة والثلاثين وملك الفرس مصر والاسكندريه في رياستهم استمرت مملكتهم عشر سنين وذلك عند حصار القسطنطينية في ايام هرقل واقام عن كرسيه غايبا ثلاث عشره سنة منها عشر سنين في مملكة الفرس وثلاث سنين في اول مملكة المسلمين ثم كتب لعمرو بن العاص امانا فعاد الي كرسيه بفرح عظيم وتنيح في الثامن من طوبه وقدم عوضه اغاثو علي الاسكندريه * قصمنت سير البطاركه انه اقام سبع عشرة سنة ومات في السادس عشر من بابه وقيل انه قدم في السنة الثالثة وعشرين من مملكة قسطنس بن قسطنطين بن هرقل ملك الروم ۞

CAPVT SEXTVM.

Sextus, HASENVS filius ALIS filij ABVTALIBIS, felicis memoriæ

AIT *Abugiafar Tabarita creatum eum esse Chalifam Cufæ, eo die quo obijt pater ejus.*

Anno autem quadragesimo primo, abijt Muavias f. Abusofiani Cufam, conveneruntque ipse & Hasenus Meskini prope Cufam, & pacem fecerunt; tradiditque Hasenus Imperium Muaviæ filio Abusofiani: id quod factum est in hunc modum. Vt Iraci Haseno f. Alis fel. mem. fidelitatis juramentum præstiterant, cœpit ille leges ijs præscribere, dicens, Estote auscultantes mihi, & morem gerentes: pacem cum ijs colite, cum quibus ego: & bello vexate eos, quos ego vexo. unde Iraci offensi sunt Haseno f. Alis, dixeruntque, Non erit hic vobis Dominus. Et ilico turpissimis Hasenus oneratus est calumnijs: unde magis magisque odisse eos cœpit, & timere: scripsitque ad Muaviam, conditiones aliquot ei mittens, & dicens, Si dederis mihi hoc, utique ego auscultans tibi ero, & morem gerens: at tuum foret in hisce mihi satisfacere. Cum autem Muaviæ Haseni literæ traderentur, miserat jam ille ad Hasenum epistolam candidam, infernè signatam, scripseratque ad eum. Propone in hac epistola infernè à me signata, quam cupias & velis conditionē; & ea concedetur tibi. Quas literas ut Hasenus accepit, conditiones ante ad Muaviam missas duplicavit, atque eam epistolam sibi servavit. At Muavias epistolam ab Haseno sibi missam, qua ea contentum petebat, custodivit. Et egressus Hasenus profectus est Medajinam, atque ablegavit Caisum f. Saïdi ducem constitutum duodecim millium. Muavias vero contendit in Syriam. Dum autem Hasenus Medajinæ esset clamavit quidam in exercitu, An non Caisus f. Saïdi occisus est, & expulsus? Et diripuerunt tentorium Haseni, ita ut etiã auferrent ei stragulam sub qua erat. Cumq; convenissent Hasenus & Muavias, petijt

Hasenus imperio sese abdicat.

السادس الحسن بن علي بن ابي طالب
رضي الله عنه

الشيخ ابو جعفر الطبري
قال رحمه الله تعالي بويع له
بالخلافة بالكوفه
يوم توفي والده

وفي سنة احدي واربعين سار
معاويه بن ابي سفيان الي الكوفه فالتقا
هو والحسن عليه السلام بمسكن من
الكوفه فاصطلحا وسلم الحسن الامر الي
معاويه بن ابي سفيان *وذلك انه لما بايع
اهل العراق الحسن ابن علي رضي الله
عنه علي الخلافة طفق يشرط عليهم انكم
سامعون مطيعون تسالمون من سالمت
وتحاربون من حاربت فارتاب اهل
العراق الحسن ابن علي رضي الله عنه
وقالوا ما هذا لكم بصاحب فلم يلبث
الحسن الا قليلا حتي طعن طعنة اسوتة
فازداد بغضا لهم ودعر منهم فكاتب
معويه وارسل اليه بشروط وقال ان
اعطيتني هذا فانا سامع مطيع وعليك
ان تفي لي به ورفعت صحيفة الحسن في
يد معويه وقد ارسل معويه قبل ذلك
الي الحسن بصحيفة بيضي مختومة علي
اسفلها وكتب اليه ان اشترط في هذه
الصحيفة التي ختمت اسفلها ما احببت
وشيت فهي لك فلما اتت الحسن
اشترط اضعاف الشروط التي كان
كتب بها الي معويه قبل ذلك
وامسكها عنده وامسك معويه صحيفة
الحسن التي كان ارسلها اليه وساله ما
فيها وخرج الحسن بالناس حتي نزل
المداين وبعث قيس بن سعيد علي
مقدمته في اثني عشر الفا واقبل معويه
من اهل الشام فبينما الحسن في المداين
اذ نادي منادي في العسكر الا ان
قيس بن سعيد قد قتل فانفروا وافتقروا
بسرادق الحسن حتي نازعوه بساطا
كان تحته * فلما التقا الحسن ومعويه

petijt ab eo Haſenus, ut eas ſibi præſtaret conditiones quas in charta ab ipſo ſubſignata propoſuerat: id quod recuſavit ei Muavias; dicens, Tibi erit quod epiſtola tua petiviſti: hoc enim dedi tibi, cum tuæ mihi eſſent traditæ. Atque de eo inter illos convenit. Amrus autem fil. Alaſi Muaviæ, cum una eſſent Cufæ, dixerat, ut juberet Haſenum ſurgere, & orationem ad populum inſtituere: quod improbavit Muavias; ſed ille non deſijt Muaviã hortari, donec ei auſcultavit. Itaque egreſſus Muavias populum eſt alloquutus, & dixit deinde Haſeno. Surge Haſene, & alloquere populum. unde Haſenus ſurrexit; & ut Deum laudavit ac celebravit, dixit, Porro autem, ô homines, direxit vos Deus in principio, & ſanguinem veſtrum effundi noluit in fine imperij noſtri. eſtque huic imperio temporis portio; & mundus caducus eſt. Deus utique Prophetæ ſuo dixit: Monticulus meus experimentum vobis erit; & utilitas, ad tempus †. *Vtque hoc dixit, ait ei Muavias, Sede. neque deſtitit arguere Amrum, dicendo: Hoc ex conſilio tuo eſt. Haſenus autem Medinæ conſedit, & Cufam Muaviæ tradidit, qui ingreſſus eam eſt die 26 menſis Rabij prioris, aut, ut alij tradunt, Gjumadæ prioris, anni 41.*

Caufæ abdicationis imperij ejus.

Atque hoc anno Haſenus & Huſeinus tranſmutati ingreſſi ſunt Medajinam. Et facta jam inter Haſenum & Muaviam pace, ſurrexit Haſenus, & orationem inſtituens, ait: O Iraci, animum meum à vobis averterunt tria: Quod patrem meũ occideritis: Quod me calumniati ſitis: Et quod denique ſupellectilem meam mihi eripueritis. Dicuntur autem pacem inter ſe feciſſe ea conditione, ut Haſenus ex ærario Cufenſi acciperet quinquies mille millia ſtaterum. Chalifatu functus eſt menſes ſex, & dies 5. aut, ſecundũ alios, dies 82. Ac primus Imperij ejus dies fuit Lunæ, & ultimus Veneris. Similis fuit avo ſuo glorioſæ memoriæ. Scriba ejus & Iudex fuerunt Scriba, & Iudex patris ejus. Symbolũ ſigilli ejus, Non eſt Deus ullus, præter Deum, Regem verũ, & manifeſtum.

Tempus Imperij.

Symbolũ.

سالة الحسن ان يعطية الشروط التي شرطها
في السجل التي ختم في اسفلة فابا معوية
ان يعطية ذلك وقال لك ما كتبت
الي تسالني فية فاني اعطيتكة حين
جاءني كتابك فاتفقا على ذلك
وكان عمرو بن العاص حين اجتمعوا
بالكوفة قد كلم معويه ان يامر
الحسن ان يقوم فيخطب الناس فكره
معويه ذلك فلم يزل عمرو بمعويه حتي
اطاعه * قال وخرج معويه فخطب
الناس ثم قال للحسن قم يا حسن فكلم
الناس فقام الحسن فحمد الله واثني عليه
ثم قال اما بعد ايها الناس ان الله عز
وجل هذاكم باولنا وحقن دماءكم
باخرنا وان لهذا الامر مدة والدنيا دول
وان الله تعالي قال لنبيه وان ادري
لعله فتنة لكم ومتاع الي حين * فلما
قالها قال معويه اجلس ولم يزل ضربا
علي عمرو وقال هذا من رايك * ولحق
الحسن رضي الله عنه بالمدينة وكان
سلم الكوفه لمعويه ودخول معاويه
اليها لخمس بقين من شهر ربيع الاول
ويقال جمادي الاولي سنة احدي
واربعين ۞

وفي هذه السنة دخل الحسن والحسين
منصرفين الي المداين وذلك انه لما
وقع الصلح بين الحسن ومعويه قام
خطيبا قال يا اهل العراق انه سجي
بنفسي عنكم ثلث قتلكم ابي وطعنكم
اياي وانهابكم متاعي * وقبل ان
الصلح وقع بينهم على خمسة الف الف
درهم اخذها الحسن من بيت مال
الكوفه وكانت مدة خلافته ستة
اشهر وخمسة ايام وقبل مائة اثنين
وثمانين يوما وكان اولها يوم
الاحد واخرها يوم الجمعة * قال
انه كان يشبه جده صلوات الله عليه
كاتبه وقاضيه هما كاتب ابيه
وقاضيه خاتمه لا اله الا الله الملك الحق
المبين ۞

CAPVT SEPTIMVM.

السابع معويه بن ابي سفيان اول خلفاء بني امية ۞

ابو جعفر الطبري رحمه قال اللة واسم ابي سفيان صخاب بن حلب بن امية بن عبد شمس بن عبد مناف بن قضي * وامه هند ابنة عتبه بن ربيعه بن عبد شمس بويع له بالخلافه لما خلع الحسن نفسه من الخلافة روي السعبي قال شهدت خطبة الحسن حين سلم الامر الي معويه فقام فحمد اللة واثني عليه ثم قال اما بعد فان اكيس الكيس التقي واحمق الحمق الفجور وان هذا الامر الذي اختلفت فيه انا ومعويه انما هو حق لامري كان احق لحقه مني اوحق صيرة تركته لمعويه لارادة لصلاح الامة وحقنا لدمايهم وان ادري لعله فتنة لكم ومتاع الي حين * قال وكان زياد ابن ابيه عاملا لعلي عليه السلام علي فارس واقام باصطخر وابتنا هناك قلعة حصينة وتحصن بها فلما اجتمع الناس علي معويه طلب منه بيعته فامتنع وخاف معويه ان يدعو لاحد من بني هاشم فيبعث اليه المغيره فاصلح بينهما واقدمه علي معويه طايعا فالحقه معويه باخي سفيان واكرمه وانزله بالكوفه * قال بعض المورخين السبب ان معويه الحقه باخي سفيان ان ابا سفيان قال لعلي عليه السلام في خلافة عمر عن زياد انه ولدي قال له علي فلما لا تعترف به قال اخاف من هذا ان يخرق شاني واشار الي عمر فشهد له علي بذلك فبلغ معويه هذا الكلام فالحقه بنسبه * قال وفي هذه السنة ولي معويه عمرا بن العاص امرة مصر ۞

Septimus, MVAVIAS filius ABVSOFIANI, primus Chalifa è filijs OMMIAE

NOMEN *Abuſofiani, ait Abugjafar Tabarita, erat Sahabus f. Halebi f. Ommiæ f. Abdusjamſi, f. Abdumenaſi, f. Cudæ. Mater ejus erat Hinda filia Atbæ, f. Rebiæ, f. Abdusjamſi. Creatus eſt Chalifa cum populus eum inauguraret Cufæ, poſtquã Chalifatu ſeſe abdicavit Haſenus: quod manifeſtum eſt ex Saabia, dicente, Interfui ego orationi Haſeni, quum Imperium traderet Muaviæ. Cum Deum laudaſſet ac celebraſſet, dixit, Sapientiſſima ſapientia eſt pietas, & ſtultitia ſtultiſſima impietas. Imperio hoc, de quo inter Muaviam & me controverſia eſt, cum ille me ſit dignior, an non jure id relinquo ei, qui id cupit ad incolumitatẽ populi, & ad impediendum ne ſanguis ejus effundatur? Monticulus enim meus experimentum vobis erit, & utilitas ad tempus. Fuerat autem Ziadus filius patris ejus, Alis nomine Præfectus Perſidis, & commorabatur Iſtacharæ, ubi & arcem munitiſſimam extruxerat in qua ſeſe muniverat. Cum autẽ jam populus ſe adjunxiſſet Muaviæ, petijt ab eo Muavias juramentũ fidelitatis, quod ille recuſavit: unde timens Muavias ne forte ex Hasjemitis aliquem advocaret, miſit ad eum Mugiram; qui eos conciliavit, & Ziadum coram Muavia ſtitit morigerum. Hinc Muavias eum adjunxit Abuſofiano, atque honoravit; & manſionem Cufæ ei aſſignavit. Hiſtorici quidam tradunt cauſam cur eum Muavias Abuſofiano adjunxerit, hanc eſſe; quod Abuſofianus, Omare imperante, Ali fel. mem. aliquando dixiſſet, Ziadum filium ſuum eſſe. ad quod ei dixit Alis, Cur igitur eum non agnoſcis? Reſpondit, Quia timeo ne hic, oſtendens Omarem, ſtatum meum evertat: atque adſtipulatus ei eſt Alis. Hunc ſermonem ut intellexit Muavias, generi ſuo illum adjunxit. Præfecit & Muavias hoc anno Aegypto Amrum f. Alaſi.*

Ziadus fil. Abuſofiani.

Anno

Amrus f. Alaſi obit.

Anno autem quadrageſimo tertio obÿt Amrus fil. Alaſi, die Paſchatis, præfecitque Muavias Aegypto fratrem ſuum Atbam f. Abuſoſiani, ſed & Atbas obÿt, anno quadrageſimo quarto; unde Ocbam f. Amiri Gjehanæum ei præfecit. Sed hoc depoſito, anno 45, Aegypto præfecit Muſeilemam f. Muchalledis, Medinenſem, Hazrahæum; qui ad obitum uſque Muaviæ manſit.

Eodem hoc anno præfecit Muavias filium patris ſui Ziadum Baſræ: qui educto gladio, avare accepit, & rigide punivit: ita ut populus ſub dominio ejus valde timeret. Complanavit Imperium Muaviæ; & homines ſub obedientiam ejus redegit: tantuſque erat populi timor, ut alÿ alÿs non fiderent; malum certe proſterneret eum qui id ferebat, nec vituperaret eum niſi amicus ejus. Gubernatione adeo bona ſuos gubernabat, ut meliorem nunquam viderint: ſed & timor eorum tantus fuit, ut majori neminem timuerint. Deinde Muavias eum præfecit Cufæ, quam & morigeram ei reddidit.

Muſlimi. Mauritaniam & Hiſpaniã invadunt.

Anno 46 impugnavit Muavias fil. Amiri & Basjerus f. Artahi Occidentem. ceperuntq; urbes multas; inter quas Carana, Caphſa, & Caſtilia †, donec venerunt Kairawanam, ſed eam jam ante ceperat Muavias f. Chodbagi, atq; ibi urbem condidit, ſed cujus ædificatio eis non placuit. Civitatem autem illam quæ hodie Kairawana vocatur muro cinxit.

caravana

Haſeni mors.

Anno 49 Medinæ obÿt Haſenus f. Alis f. Abutalibis felicis memoriæ menſe Rabio priori: diciturque uxor ejus veneno eum ſuſtuliſſe, juſſu Muaviæ. Sunt tamen qui dicunt Muaviam aſtute egiſſe cum miniſtro quodam Haſeni, qui bibendum ei dedit venenum. Fuit autem Haſenus beneficus, humanus, mitis, & pius: peregrinationes pedibus ſuis confecit 25; equis etiã ſecum adductis. Bis quoque opes ſuas reliquit: & ter cum Deo Opt. Max. partitionem fecit, ut calceos etiam & ſoccos dederit, & tantundem ſibi reſervaverit. Vt autẽ vita exceſſit ſepultus eſt Iambuæ. Muavias ei mortem exprobravit; qua de re ſic Poeta quidam.

قال وفي سنة ثلاث واربعين توفي عمرو بن العاص ليلة عيد الفطر فولي معويه مصر اخاه عتبه بن ابي سفيان قال وتوفي عتبه في سنه اربع واربعين فولي معويه عقبه بن عامر الجهني امرة مصر * قال وصرفه عن امره مصر سنه خمس واربعين وولي عليها مسيلمه بن مخلد الانصاري الخزرجي فبقي عليها الي ان توفي معويه ۞

وفي هذه السنة ولي معويه زياد ابن ابيه البصره وجرد السيف واخذ بالضنه وعاقب بالشهبه حتي خافه الناس في سلطانه خوفا شديدا ومهد الملك لمعويه والزم الناس الطاعة له واشتد خوف الناس منه حتي لا امن الناس بعضهم من بعض فكان السي يسقط من حامله فلا يقرضه غير صاحبه وساس الناس سياسة حسنة لم يروا مثلها وهابوه هيبة عظيمة لم يهابوا مثلها ثم ولاه احدا معويه الكوفه بعد ذلك فدوخها له ۞

قال وفي سنة ست واربعين غزا معويه بن عامر وبشر بن ارطاه المغرب ففتحوا مدنا كثيرة من جملتها مدينة قران وقفصه وقصطيليه حتي اتوا القيروان وكان قد فتحها معويه بن خديج وبنا فيها مدينه لم يعجبهم بناوها فاحبط المدينه المعروفه بالقيروان اليوم ۞

قال وفي سنة تسع واربعين توفي الحسن ابن علي بن ابي طالب رضي الله عنه بالمدينه في شهر ربيع الاول قيل سمته زوجته بامر معويه وقيل ان معويه تلطف الي بعض خدم الحسن فسقاه السم * وكان الحسن رضي الله عنه جوادا كريما حليما زاهدا حج خمسة وعشرين حجة ماشيا والجنايب تقاد معه ثم انه خرج من ماله مرتين وقاسم الله تعالي ثلاث مراث حتي كان يعطي نعلا وخفا ويمسك لنفسه مثلها ولما مات دفن في البنيع * وشمت به معويه فقال في ذلك بعض الشعرا *

Meridies

اصبح اليوم بن هند سامتا *
طاهر الجوه اد مات الحسن *
يا ابن هند ان بدق كاس الردا *
لست بالباقي فلا شمت به *
كل حي للمنايا مرتهن *

Meridies inſtar diliculi fuit, ô fili Hindæ,
Et nubem oſtendit, cum moreretur Haſenus.
O fili Hindæ, cum calicem illum interitus guſtaveris,
Superſtes non eris. Ne deride eum.
Omne vivens morti oppignoratum eſt.

قال وفي سنة خمسين اخذ معويه بن ابي سفيان البيعه لابنه يزيد بولايه عهده وفرق علي ذلك اموالا جزيله فاجاب الناس كلهم الي بيعته الا الحسين بن علي عليهما السلام وعبد الرحمن بن ابي بكر الصديق وعبد الله بن عمر بن الخطاب وعبد الله بن الزبير بن العوام رضي الله عنهم اجمعين ۞

Anno 50 procuravit Muavias f. Abuſofiani ut filio ſuo Iezido tanquam Socio fœderis juramentū fidelitatis præſtaretur. atque in eum finem multum pecuniæ diſtribuit: & præſtiterunt omnes id juramentum, præter Huſeinum fil. Alis f. m. Abdurrahmanem f. Abubecri Iuſti, Abdallam f. Omaris, f. Alchittabi, & Abdallam f. Zubeiri f. Awami, felicis memoriæ.

Cœpit 29 Ianuarij. A.C.670.

Iezidus inauguratur vivo adhuc patre.

قال وفي سنة اثنتين وخمسين غزا يزيد بن معويه بن ابي سفيان الصايفة ومعه جماعة من اصحابه منهم ابو ايوب الانصري فتعدا الي القسطنطينيه وتوفي ابو ايوب الانصاري في هذه الغزاة ودفن في اصل سورها فلما دفن قالت الروم لقد دفن عظيم فيكم قال يزيد قولوا هذا رجل من الصحابة من اقدمهم اسلاما وقد دفناه حيث رايتم والله لن يضرب ناقوس بارض المغرب ما كانت لنا مملكة ۞

Anno 52 oppugnavit Iezidus f. Muaviæ fil. Abuſofiani Romanos cum multis è ſuis, inter quos Abiobius Medinenſis. Deinde profecti ſunt ad Conſtantinopolin, ubi mortuus eſt Abiobius in oppugnatione; & ſepultus ad radicem muri: cumque humo mandatus eſſet, dixerunt Romani, Magnus aliquis inter vos ſepultus eſt. Reſpondit Iezidus, Dicite, Vnus è Socijs Muhammedis, qui eos anteceſſit fide: eum utique ſepelivimus, ubi videtis: &, per Deū, non pulſabitur campana in terra Occidentis, quamdiu nobis erit dominium.

Abiobij mors.

قال وفي السنة الثامنة والخمسين توفت عايشة رضي الله عنها في سابع رمضان وقيل توفي عبد الرحمن بن ابي بكر الصديق قبلها ۞

Anno 58 obijt Ajisja fel. mem. die 7 Ramadani. Abdurrahman autem f. Abubecri Iuſti dicitur ante eam mortuus eſſe.

Cœpit 3 Novemb. A.C.677. Ajisja Muhammedis uxor moritur.

وفي سنة ستين توفي معويه بن ابي سفيان في مستهل رجب وقيل نصف رجب وصلي عليه يزيد ولده وكانت مدة خلافته منذ خلص له الامر تسع عشرة سنة وثلاثة اشهر وخمسة ايام قيل كان اميرا وخليفة اربعين سنة اربع سنين في خلافة عمر بن الخطاب واثني عشرة في خلافة عثمان وقاتل علي عليه السلام خمس سنين وتولى الخلافة تسع عشرة سنة وكان عمره ثمان وسبعين سنة وقيل ثلاثة وسبعين سنة وقيل خمس وثمانين وتوفي بدمشق ودفن بها * صفته كان ابيض طويلا حاحظ العينين وافر

Anno 60 vita exceſſit Muavias filius Abuſofiani, ſub initium menſis Ragjebi, aut, ut alijs placet, ſub medium ejus. Oravitque pro eo Iezidus filius ejus. Obtinuit autem Chalifatum, ex quo nempe Imperium ei fuit ſtabilitum, annos 19, menſes 3 & dies 5. Dicitur Imperator & Chalifa fuiſſe annos 40: 5 nempe ſub Chalifatu Omaris f. Alchittabi; & 12 ſub Chalifatu Otſmanis; bellum autē cum Ali f. m. geſſit annos 5; & Chalifatum ipſe obtinuit 19 annos. Natus erat annos 78, aut ſecundum alios 73, vel, ut quidā ajunt, 85. Obijt autem Damaſci: atque ibidem ſepultus eſt. Quod ad formam ejus: Candidus erat, procerus, extantibus oculis, prolixa barba, lato pectore, & multa pinguedine. Ipſo ridente invertebat ſe labrum ejus ſuperius: tingebat ſe alhana & alketemo.

Cœpit 12 Octobris. A.C.679. Muaviæ mors. Imperium.

Aetas.

اللحية عريض الصدر كثير العجرة اذا ضحك انقلبت شفته العليا تخضب بالحنا والكتم

Scriba

كاتبه عبد الله بن اوس العالي وقاضيه فضاله بن عبد الله الانصاري حاجبه يزيد مولاه ثم صفوان مولاه نقش خاتمه لكل عمل تواب وقبل لا قوه الا بالله ۞

قال المورخ ان مدة خلافة معويه تسع عشرة سنة واربعة وتسعون يوما اولها يوم السبت واخرها يوم الجمعة وذلك لتمة تسع وخمسين سنة وماية ثمانية وسبعين يوما للهجرة ولتمام ستة الف ومايه احدي وسبعين سنة وسبعة شهور واحد عشر يوما شمسية للعالم * قال المورخ وجدت في بعض التواريخ في خلافة معويه بن ابي سفيان حكايه انا ذاكرها * قال دخل عبيد بن شريه علي معويه بالشام وقد بلغ من العمر ثلثماية سنة قال معويه يا عبيد ما الذي رايت في عمرك الطويل قال يا امير المومنين اجتزت باقوام يدفنون ميتا فدمعت عيناي فتمثلت بابيات ما ادري من قالها *

ابكي يا قلب من اسما مغرور *
فاذكر وهل ينف عنك اليوم تذكر *
قد بحت بالحب ما تخفيه من احد *
شي جري اطلاقا محاصير *
فلست تدري وما تدري اعاجلها *
ادني لرشدك مما فيه تاخير *
فاستقدر بن الله خيرا وارتقبن به *
فبينما العسر اذ دارت مياسير *
تبكي الغريب عليه ليس يعرفه *
ودوقرابته في الحي مسرور *

قال بعض الحاضرين لمن هذه الابيات ياشيخ فقلت لا ادري فقال هذه الابيات لهذا الميت وهذا الذي لحده وطلع من قبره من اقرب الناس اليه رحما وهو مسرور بموته وها انت الغريب تبكي عليه فقلت من هو هذا الميت فقال عزير بن اسد العذري * قال المورخ والذي ورد تواريخ النصاري من الحوادث في خلافة معويه بن ابي سفيان

Officiales. *Scriba ejus fuit Abdalla f. Auſi Alæus; Iudex, Fadalas fil. Abdallæ Medinenſis; Ianitor, Iezidus ſervus ejus; deinde Safwanus ſervus ejus. Symbolum Sigilli ejus erat,*

Symbolum Omni operi ſua eſt remuneratio, *aut, ut alij ajunt,* Non eſt robur, niſi in Deo.

Imperium. *Chronologus ait Muaviam Chalifatū obtinuiſſe 19 annos, & dies 94, quorum primus fuit Sabbathi, & ultimus Veneris; elapſis annis Hegiræ 59, & diebus 178, id eſt annis ſolaribus mundi 6171, menſibus 7, & dieb. 11.*

Inveni, ait Hiſtoricus, in hiſtoria quadam in Chalifatu Muaviæ f. Abuſofiani narratiunculam, quam lubet commemorare. Cum Obeidus, inquit, f. Saribæ trecentos habens annos ingreſſus eſſet ad Muaviam in Syria, dixit ei Muavias, Quid quæſo Obeide vidiſti in hac longa tua vita? Reſpondit, O fidelium Imperator, cum tranſiſſem quoſdam ſepelientes mortuum, lachrymarunt oculi mei, & verſus quoſdam pronuntiavi, neſcio cujus auctoris.

O cor tu à nominibus es ſeparatum:
Mentionem faciam (tui,) & an levis tui hodie ſit mentio?
Amore marceſcis, non celas id quemquam.
Res devenit ſimpliciter in occulta,
Quorum nec tu ſcis, nec nos ſcimus rationes.
Accede ad rectitudinem tuam ab eo in quo eſt dilatio.
Et pete à Deo poſſe bonum, atque aſcende cum eo.
Interea autem dum difficultas ambit facilia, (eum,
Deflet eum extraneus, qui non novit
Et propinquus ejus in cœtu eſt lætus.

Dixit quidam aſtantium: Cujus ſunt hi verſus ô Domine? Reſpondi, Neſcio. Ille ait, Verſus hi in hunc mortuum ſunt: hic enim qui ſepelivit eum, & ex ſepulchro ejus aſcendit, unus è proximis conſanguineis ejus eſt, hilaris tamen ob mortem ejus: tu autem, qui extraneus es, ecce defles eum. Et ego, Quis, inquam, eſt hic mortuus. Reſpondit, Azirus f. Aſadi Adræus.

Res Chriſtianæ. *Quod autem ad ea attinet, ait Hiſtoricus, quæ Chriſtianorum Hiſtoriæ dicunt accidiſſe Imperante Muavia f. Abuſofiani.*

ان في سنة خمسين للهجرة انكسفت الشمس حتي ظهور النجوم بالنهار ۞ قال وفي سنة ثمان وخمسين للهجرة مات اغاثن بطريرك اسكندرية للقبط البعاقبه وقدم يوحنا عوضه بطريركا علي اسكندريه اقام ثمان سنين وتنيح اول يوم من كيهك وهو البطريرك الذي بني كنيسة مرقس الانجيلي بالاسكندريه في مدة ثلاث سنين وتعرف بالقمشا وهدمت في ايام الملك العادل ابي بكر بن ايوب وكان في ايام هذا البطريرك غلاء عظيم بمصر مدة ثلاث سنين وكان البطريرك يهتم بالضعفا ويعطيهم ما يحتاجونه وكان كثير الرحمة والصدقه ۞

Anno 50 Hegiræ tanta fuit ſolis eclipſis, ut interdiu ſtellæ apparuerint. Eclipſis.

Anno 58 obÿt Agatus Patriarcha Alexandrinus Aegyptiorum Iacobitarum; in cujus locum ſucceſsit Patriarcha Alexandrinus Iohannes, qui, ut octo ſedit annos, obÿt, primo die menſis Keihac. Atque hic Patriarcha ille eſt qui ædificavit Alexandriæ, trium annorum ſpatio, templum Marci Euangeliſtæ, quod vocatum fuit Kamsja, *& deſtructum tempore Regis Iuſti Abubecri, f. Iobis. Fuit autem tempore hujus Patriarchæ magna in Aegypto annonæ caritas, tribus annis: at ille curam geſſit pauperum, & neceſſaria ÿs ſuppeditavit; quippe benignus valde, & liberalis in egenos.* Templum S. Marci Alexandriæ extructum. Annonæ caritas in Aegypto.

CAPVT OCTAVVM.

الثامن يزيد بن معاويه وهو الثاني من خلفاء بني امية *

قال الشيخ ابوجعفر الطبري رحمه الله ان يزيد بويع له بالخلافة يوم توفي والده وامه قيسون ابنه نحدل الكلبية ۞ قال ولما بويع له كتب الي الوليد بن عتبه بن ابي سفيان وهو عامله علي المدينه بان يلزم الحسين بن علي وعبد الله بن الزبير فانه اخفي اياما ثم هرب الي مكه ثم هرب الحسين عليه السلام الي مكه بعد خروج بن الزبير بليلة هو واخوته وبنوا اخوته فاقام الحسين بن علي وابن الزبير بمكه مقرين علي الامتناع من البيعه ليزيد فبعث اهل الكوفه رسلهم وكتبهم الي الحسين عليه السلام يدعونه الي القدوم عليهم ليبايعوه ويقاتلوه معه فبعث اليهم ابن عمه مسلم بن عقيل بن ابي طالب فبايع من اهل الكوفه للحسين بن علي عليه السلام اثنا عشر الفا وكان عامل الكوفه ليزيد النعمان بن بشير الانصاري

Octavus, IEZIDVS filius MVAVIÆ, *ſecundus Chalifa è filijs* OMMIÆ.

IEZIDVS *(ait Abugjafar fel. mem.) Chalifa creatus eſt eo die quo obÿt Pater ejus. Matrem habuit Caiſunam filiam Bahdali Kelbæam. Vt autem creatus eſt, ſcripſit ad Walidem f. Atbæ, f. Abuſofiani, qui Præfectus ejus nomine erat Medinæ, ut prehenderet Huſeinum f. Alis, & Abdallam f. Zubeiri; at hic, ut aliquamdiu latuerat, Meccam fugit; quod idem fecit Huſeinus, fel. m. quum filius Zubeiri noctu egreſſus eſſet, cum fratribus ſuis, & filÿs eorum. Manſeruntque Huſeinus f. Alis, & filius Zubeiri Meccæ, conſtanter recuſantes fidelitatis juramentum præſtare Iezido. Miſerunt autem cives Cufæ legatos ſuos cum literis ad Huſeinum fel. mem. rogantes eum, ut ad ſe veniret, quo fidelitatis ei juramentum præſtarent, & in bello inferendo Iezido eum adjuvarent. Vnde is ad eos miſit filium patrui ſui Muſlimum f. Ocaili, fil. Abutalibis: & fidelitatis juramentum præſtiterunt Huſeino fil. Alis f. m. è Cufæ civibus 12 millia. Præerat autem Cufæ, nomine Iezidi, Nuamanus f. Basjiri Medinenſis, quem* Cufenſes Huſeinum vocant.

quem poſtquam Iezidus ad hoc minus idoneum eſſe intellexit, Cufæ præfecturam commiſit Obeidallæ filio Ziadi, qui eo profectus vicit Muſtimum f. Ocaili, à Cufæ civibus

Huſeinus Cufam contendit.

derelictum, atque occidit eum. Huſeinus f. m. cum in Iracam abiiſſet Muſlimus, eodem quoq; profectus eſt, cum familia ſua, contendens Cufam, ad quam cum appropinquaſſet, occurrerũt ei mille equites, ex equitatu Obeidallæ f. Ziadi, quorum extremitas tantum videbatur: Dux eorum erat Harus f. Iezidi. Ac Huſeinus tentoria fixit in agro Kerbalano, ſo apud ſe habens equites, & centum pedites: equites autem Obeidallæ filij Ziadi conſederunt in conſpectu eorum.

فانس يزيد منه ضعفا فضم ولاية الكوفه
الي عبيد الله بن زياد فقدمها وخذل
اهل الكوفه مسلم بن عقيل وظفر به عبد
الله بن زياد فقتله * فاما الحسين عليه
السلام فانه بعد مسير مسلم الي العراق
سار باهل بيته الي العراق متوجها الي
الكوفه فلما قرب اليها لقيه الف فارس
من خيل عبيد الله بن زياد لا يري منهم
الا الحرف مقدمهم الحر بن يزيد فنزل
الحسين عليه السلام بكربلا وعدة اصحابه
خمسين فارسا ومائة راجل ونزل خيول
عبيد الله بن زياد بازايهم ۞

مقتل الحسين بن علي رضي الله عنه *

Cædes Huſeini filij Alis, f. m.

Hinc Obeidalla f. Ziadi miſit Omarem fil. Saadi fil. Abuwaccaſi cum 4000 equitibus oppugnatum Huſeinum f. m. atque hi ſe adjunxerunt Haro f. Iezidi, ita ut quinque fuerint millia. Deinde miſit Sjemirum fil. Dulgjuſi, cum aliis quinque millibus. Facta autem nocte diei Veneris, qui decimus erat menſis Muharrami, equis ſuis conſcenſis milites Obeidallæ fil. Ziadi proceſſerunt oppugnatum Huſeinum, qui miſit ad eos, dicens, Quid vultis? Reſponderunt, In arbitrium te dabis Obeidallæ f. Ziadi, aut oppugnabimus te. At ille ea nocte negotium protraxit, hac ſola de cauſa, ut ſuos diſponeret; quos deinde diſcedere juſſit: ſed noluerunt, pro eo ſeſe occîdi velle dicentes. Illuceſcente autem aurora diei decimi, qui Veneris erat, conſcendit Huſeinus cum ſuis, & poſuerunt ante eum Mushafum: *Atque ipſe monuit eos; at illi monitioni non auſcultarunt. Hinc irruerunt in eum (hoſtes,) & ille in eos, ac Harus fil. Iezidi transfugus ad eum, cum eo fuit, & pro eo pugnavit: ſed hic primus è militib. Huſeini eſt occiſus: deinde interfectus eſt Abdalla f. Muſlimi, f. Ocaili, hinc Gjafar & Abdurrahman f. Ocaili, poſt Muhammed & Aunus filij Abdallæ f. Gjafaris f. Abutalibis, hinc Alis major f. Huſeini, & tandem*

Oppugnatur.

Occiditur.

Huſeinus. Fuit autem qui cædem ejus fecit Senanus f. Anaſi Nachaæus. Sunt tamen qui dicunt Sjemirum f. Dulgjuſi ei læſiſſe faciem, Senanum autem accedentem transfodiſſe eum, & equo dejeciſſe; caput autem ei abſcidiſſe Chaulam f. Iezidi, aut Naſrum,

ثم بعث عبيد الله بن زياد عمر بن سعد
ابن ابي وقاص في اربعة الف فارس
لحرب الحسين عليه السلام فانضموا الى
الحر بن يزيد فصارت خمسة الف ثم جهز
شمر بن ذي الجيوش في خمسة الف
اخري فلما كانت ليلة الجمعة لعشر
مضين من المحرم ركب اصحاب بن
زياد وزحفوا لقتال الحسين فبعث
اليهم الحسين قايلا ما الذي تريدون
فقالوا تنزل علي حكم عبيد الله بن
زياد او نناجزكم فاستمهلهم تلك
الليلة وانما اراد ان يوصي اهله ثم امر
اهله بالانطلاق فابوا الا ان يقتلوا
دونه * فلما اصبح فجر يوم عشورا وهو
يوم الجمعة ركب الحسين واصحابه
ووضعوا المصحف امامه ووعظهم فلم
يتعظوا * وحملوا عليه فحمل عليهم وانجار
الحر بن يزيد اليه وصار معه وقاتل دونه
وهو اول قتيل من اصحاب الحسين
ثم قتل عبد الله بن مسلم بن عقيل ثم جعفر
وعبد الرحمن ابنا عقيل ثم محمد وعون
ابنا عبد الله بن جعفر بن ابي طالب
ثم علي الاكبر ابن الحسين ثم الحسين
وكان الذي باشر قتله سنان بن
انس النخعي وقيل الشمر بن ذي
الجيوشن ضربه علي وجهه فادركه
سنان فطعنه والقاه عن فرسه واجتز
راسه خولي بن يزيد وقيل نصر

f. Haraſnæ. *Ac milites quidem Huſeini omnes ſunt interfecti, uxoreſque eorum & liberi ſervorum inſtar avecti. Ii autem qui à partibus Huſeini ceciderant numero erant 72 viri, à partibus vero Omaris f. Saadi 38. Miſitque Omar f. Saadi Chaulam f. Iezidi cum capite Huſeini ad Obeidallam f. Ziadi, qui juſſit id per urbem Cufenſem circumferri: quo facto, portæ affixum fuit, cum 40 alijs capitibus. At ſalvatus fuit Zainulabidinus f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis fœlicis memoriæ, (qui annos tunc habebat 23.) idque propterea quod æger erat, nec pugnaverat. Huſeinus natus erat annos 59, aut ſecundum alios 55, vel 56. Deinde miſit Obeidalla f. Ziadi filium Huſeini, cum ſororibus ejus, amitis, & parvis pueris, capite item Huſeini, & ſociorum ejus, ad Iezidum fil. Muaviæ: cui cum caput illud præponeretur, virga verberavit primores ejus dentes, dicens proverbialiter,*

Huſeini ætas.

Caput.

Suſpenſus eſt Haman, à viris extraneis
apud nos, qui rependerunt injuriam.

Dicitur quoque uſurpaſſe proverbialiter verſum unum è carminibus Abdallæ fil. Dabaræi, cui & alium de ſuis addidit: ſuntque.

Vtinam Domini mei in Badra ſcirent
pavorem ejus qui in leonem incidit.
Ne ſim liber ab infortunio, niſi vindicem quod à filijs Ahmedis factū eſt.

Sunt & qui dicunt eum, cum caput ei præponeretur, dimiſiſſe corvum, & ex tempore dixiſſe

Emiſſus eſt corvus: & dixi ſanus eſt, an
non & tu ſanus ſis? Vtique longè
recedo ab ijs qui accedunt ad me.

Deinde juſſit Iezidus caput illud dies aliquot affigi portæ Damaſci: & miſit filium Huſeini nec non fœminas ejus Medinam, quibus cives cum fletu & ejulatione occurrerunt: dixitque è populo Medinenſi mulier quædam. Quid dicetis ſi dicat vobis Propheta? Quid feciſtis vos, qui viliſſimus eſtis populus? Non eſt hæc remuneratio mea. Ecce monui vos ut ſuperſtitem ſineretis me eſſe.

Eodem hoc anno Abdalla f. Zubeiri imperio ſeſe ingeſſit Meccæ, Aberatq; Iezidus.

potuit

بن حرسنه وقتل اصحاب الحسين جميعهم
وسبق حريمهم كما تساق العبيد وكان
مدة من اصيب من اصحاب الحسين
اثنين وسبعين رجلا وقتل من اصحاب عمر
بن سعد ثمانية وثلاثين رجلا فبعث عمر
بن سعد راس الحسين مع خولي بن يزيد
الي عبيد الله ابن زياد فامر ان يطاف به
الكوفه ثم نصب ومعه اربعون راسا وسلم
معهم زين العابدين بن الحسين بن علي
بن ابي طالب عليهم السلام وعمره يومئذ
ثلاث وعشرين سنة وانما سلم لانه كان
مريضا ولم يقاتل وكان عمر الحسين تسع
وخمسين سنة وقيل خمس خمسين سنة وقيل
ست وخمسين سنة ثم بعث عبيد الله بن
زياد ولد الحسين واخواته وعماته والصبيان
الاصاغر وراس الحسين واصحابه الي يزيد
بن معويه فلما وضع الراس بين يديه قرع
ثناياه بقضيب وانشد متمثلا *

تعلق هاما من رجال اعزة علينا
وهم كانوا اعق واظلما *

ويروي عنه انه تمثل ببيت من شعر عبد
الله بن الدبعري فاضاف اليه بيتا من
شعره وهما *

ليت اشياخي ببدر علموا جزع من
وقع الاسل *

لست من عتبه ان لم انتقم من بني
احمد ما كان فعل *

ويروي عنه انه عند ما وضع الراس
بين يديه بعث الغراب فقال مرتجلا *

بعث الغراب فقلت صح اولا تصح
فقد قضيت من الذي دنوني *

ثم امر يزيد بالراس فنصب علي باب
دمشق اياما وجهز ابن الحسين
ونسا الحسين الي المدينة فتلقاهم الناس
بالبكاء والعويل فقالت امراة اهل
المدينة ماذا تقولون ان قال النبي
لكم ماذا فعلتم وانتم اخر الامم *

ما كان هذا جزاي ان نصحت لكم
ان تخلفوني ۞

قال وفي هذه السنة دعي عبد الله
بن الزبير الي نفسه بمكه وغلب يزيد

potui vini deditus, & cum canibus ludens, ac religionem contemnens; qui & vitium ipſe ſuum, & imperfectionem conſanguineos ſuos non celavit. Dicitur ei pater ejus Muavias vini potu, & aſſiduo ejus uſu interdixiſſe, & dies eum aliquot cohibuiſſe. At dixit Iezidus.

Iezidi vitia.

An propter hauſtum aquæ vitis quem bibi iratus es mihi? Nunc bona eſt ebrietas.

Ego bibam, tu iraſcere: nihil curo: utrumque gratum cordi meo eſt, & mandati tui contemptus & vinum.

Eodem anno præfecit Iezidus Choraſanæ Selimum f. Ziadi qui Naiſaburum profectus, id cepit, & hinc Chouarazmam abijt, quam expugnavit quoque: & deinde Bocharam adijt & occupavit. Regebat hanc tunc temporis mulier quædam nomine Chatunis, quæ contra Muſlimos auxilium imploravit Regis Saïdæ, viciſſim ei pollicens ſe nupturam ei eſſe: unde ad eam venit cum 120 millibus. Sed Selimus miſit Mahlebum f. Abuſafræ contra Regem Saïdæ: qui convenientes prælium commiſerunt, in quo occiſus eſt Rex cum multis è ſuis, & Muſlimi multa ſpolia ſunt nacti. Hinc profecti Muſlimi ſunt Samarcandam, cujus rex multa pecunia pacem ab ijs redemit.

Chawarzma á Muſlimis capitur

Prælium.

Anno 62 obijt Muſeilma f. Muchalledis Medinenſis, Imperator Aegypti, cui Iezidus deinde præfecit Saïdum f. Iezidi Azdæum; qui manſit donec obijt Iezidus.

Muſeilmæ mors.

Anno 63 Medinenſes imperio depoſuerunt Iezidum f. Muaviæ, in præſentia eorum qui Medinæ erant filiorum Ommiæ, & aſſeclarum eorum, qui mille ferè erant numero, in ædibus Merwanis f. Hakemi: id quod ſcripſerunt filij Ommiæ ad Iezidum f. Muaviæ: qui Medinam miſit 12 millia, quibus præfecit Muſlimum f. Ocbæ Marſæum, eique præcepit ut per tres dies Medinenſibus deditionem indiceret, & ſi auſcultaſſent, (ijs parceret;) ſi minus, eos oppugnaret, & tres dies militibus urbem concederet cum armis omnibus & cibarijs quæ in ea eſſent. Cives autem Medinæ eduxerunt quicunq; in ea erant filios Ommiæ, poſteaquam pacti cū ijs erant, ne contra ſe compararent. Cum autem Muſlimus ad Medinā veniſſet,

Medinenſes Iezidum deponunt imperio,

& filios Ommiæ urbe ejiciunt.

وشرب الخمر واللعب بالكلاب
والتهاون بالدين واظهر ثلبه ونقصه
للناس باليقين المنسوبين له قيل ان
والده معويه كان انكر عليه شرب
الخمر وملازمته فقطعه اياما فقال
يزيد ۞

امن شربه من ماء كرم شربتها
غضبت علي الان طاب السكر *
ساشرب فاغضب لا رضيت كلاهما
حبيب الي قلبي عقوقك والخمر *

وفي هذه السنة ولي يزيد بن معويه سليم
بن زياد خراسان فصار الى نيسابور
وفتحها ثم الي خوارزم ففتحها ثم سار الي
بخارا وملكها يومئذ امراة اسمها خاتون
فاستنجدت علي المسلمين ملك الصغد
وبذلت له ان تتزوجه فاقبل اليها في
مائة الف وعشرين الفا فبعث سليم بن
زياد المهلب ابن ابي صفره الي طرخون
فالتقوا والتحم القتال بينهم فقتل طرخون
وخلق كثير من اصحابه وغنم المسلمون
غنايم كثيرة ثم مضي المسلمون الى
سمرقند فصالحهم ملكها على مال
كثير ۞

قال وفي سنة اثنتين وستين توفي
مسلمة بن مخلد الانصاري امير مصر
فولي يزيد مصر سعيد بن يزيد الازدي
فبقي اميرا عليها الي ان مات يزيد ۞

وفي سنة ثلاث وستين خلع اهل
المدينة يزيد بن معويه وحضروا من
بالمدينة من بني اميه واتباعهم وكانوا
قريبا من الف رجل في دار مروان
بن الحكم فكتبوا بنوا اميه الي يزيد
بن معويه بذلك فجهز يزيد الى
المدينة اثني عشر الفا وامر عليهم مسلم
بن عقبه المري وامره ان يدعو اهل
المدينة ثلاثا فان اجابوا والا قاتلهم
وبيحها للجند ثلاثة ايام بما فيها من
سلاح وطعام * واخرج اهل المدينة من
فيها من بني اميه بعد ان اخذوا
عليهم الميثاق ان لا يظاهروا عليهم
فلما قدم مسلم الى المدينه نزل

بالجزرة ودعاهم ثلاثا فلم يجيبوا فقاتلهم وامير اهل المدينة عبد الله بن الحنظلة وفيها سبع مايه رجل من قريش والمهاجرين والانصار ودخل مسلم الى المدينة وانتهبها ثلثا فسفك دماءهم وانتهب اموالهم * قال صلي الله عليه من اباح حرمي حل عليه غضبي * ثم امن مسلم اهل المدينة علي انهم عبيد وحول ليزيد بن معاويه ۞

وفي السنة الرابعة والستين توجه مسلم بن عقبه المرسي الي مكه لحصار عبد الله بن الزبير فات بالطريق فقام بامر الجيش حصين بن نمير السلولي بوصية يزيد اليه فسار حصين الي مكه وحاصرها وضرب البيت بالمناجنيق واحرقه بالنار واحترق باب الكعبه وخشبها واسود الركن وانصدع منه اثني عشر امكنه وبقي الحصار علي مكة الي ان وصل اليهم نعي يزيد بن معاويه ۞

قال وفي هذه السنة توفي يزيد بن معويه لاربع خلون من شهر ربيع الاول وقيل لاربع عشرة ليلة خلت منه وذلك بحوران من ارض حمص وحمل الي دمشق ودفن بمقبرة باب الصغير وصلي عليه ولده معويه بن يزيد وكانت ولايته ثلاث سنين وتسعة اشهر الا اياما فكان عمره تسع وثلثين سنة وقيل ثمان وثلاثين وكان شديد الادمه جميلا عظيم الهامه في وجهه اثر جدري مجذوم الاصابع اذا ضحك انقلبت شفته السفلي كاتبه عبد الله بن اوس ثم رمل بن عمر العذري وقاضيه ابن ادريس الحلواني حاجبه خالد مولاه وقيل صفوان نقش خاتمه ربنا الله * والذي تحرر عليه خلافته ثلث سنين ومايتي تسعة واربعين يوما اولها يوم السبت واخره يوم الاثنين لتتمة ثلاث وستين سنة وثلاثة وسبعين يوما للهجرة ولتمام ستة الف وماية خمس وسبعين سنة واثنين وسبعين يوما للعالم ۞

castra fixit in angulo vallis, & dies tres deditionem ijs indixit: sed non auscultaverunt; unde oppugnavit eos. Ac Imperator civium Medinæ Abdalla erat f. Handalæ: erantque in ea septingenti Coraisitæ, Profugi, & Medinenses. Ingressus Muslimus urbem, eam diripuit per tres dies; effundens sanguinem eorum, & opes eorum auferens. Dixit tamen propheta glor. mem. qui diripit urbem meam, manet ira mea super eo. *Tandem civibus incolumitatem concessit, ea lege, ut servi essent, & deportati, Iezido f. Muaviæ.* Medina capitur.

Anno sexagesimo quarto profectus est Muslimus f. Ocbæ Marsæus Meccam, obsessurus Abdallam f. Zubeiri: at obijt in via; & exercitus imperator factus est Hasinus f. Tsemiri Selwæus, jussu Iezidi: qui profectus Meccam, eam obsedit, Domumque catapultis impetijt, atque igne combussit: & conflagravit porta Caabæ, & lignum ejus, ac denigratus est angulus ejus, & duodecim locis fissus. Duravit autem hæc obsidio Meccæ, donec de obitu Iezidi f. Muaviæ rumor ad eos venit. Cœpit 30 Augusti A.C. 683. Mecca obsidetur. Templum meccanum ardet.

Obijt enim hoc anno Iezidus f. Muaviæ, die quarto mensis Rabij prioris, aut secundum alios, die ejus 14, idque Haurajinæ, in ditione Emissæ, unde portatus Damascum est, atque ibidem sepultus, in sepulchro Portæ parvæ. Oravit pro eo filius ejus Muavias f. Iezidi. Regnaverat annos tres, & 9 menses, demptis aliquot diebus. Natus erat annos 39, aut, ut alij tradunt, 38. Fuit fuscus valde, formosus, vertice magno, in facie sua habens varorum vestigia, digitis leprosis: ipso ridente invertebat se labrum ejus inferius. Scriba ejus fuit Abdalla f. Ausi, deinde Ramlus f. Omaris Adræus; Iudex filius Idrisi. Hulwanæus; Ianitor, Chalid servus ejus; alij dicunt, Safwanus: Symbolum sigilli ejus, Deus est dominus noster. *Chalifatum tenuit annos tres & dies 249, quorum initium fuit dies Sabbathi, & finis Lunæ, elapsis annis Hegiræ sexaginta tribus, & diebus septuaginta tribus: annis verò mundi sex millibus centum & septuaginta quinque, & diebus septuaginta duobus.* Iezidi mors. Sepulchrum. Forma. Officiales. Symbolum. Imperium.

CAPVT

CAPVT NONVM.

Nonus, MVAVIAS filius IEZIDI, filij MVAVIÆ, filij ABVSOFIANI, tertius è filijs OMMIÆ.

التاسع معاويه بن يزيد بن معاويه بن ابي سفيان وهو الثالث من بني امـيـه *

MATREM *hic habuit filiam Hasjemi, aut, ut alij dicunt filiam Chalidis filij Abuhasjemi, filij Atbæ, filij Rabiæ, filij Abdusjamsi. Creatus est Chalifa eo die quo obijt pater ejus: & dies imperavit 45, aut, secundum alios, 20: sunt & qui 4 menses dicunt. Deinde obijt. Tradunt quidam eum imperio sese abdicavisse, & 40 diebus, aut, ut alij malunt, tribus mensibus post mortuum esse. Annos dicitur habuisse viginti. Oravit pro eo Merwan f. Hakemi. Sepultus est à latere patris sui. Ajunt tamen nonnulli Walidem f. Atbæ f. Abusofiani pro eo orasse; cumque duas celebrasset celebrationes, orasse pro eo Merwanem fil. Hakemi. Posteritas ei nulla fuit. Symbolum Sigilli ejus erat,* Mundus est deceptio. *Imperavit dies quadraginta quinque, quorum primus fuit Martis & ultimus Iovis, elapsis annis Hegiræ sexaginta tribus, & diebus centum & octodecim: id est annis solaribus mundi 6175, & diebus 117, atque hinc interregnum fuit ad imperium usque Abdallæ fil. Zubeiri septuaginta novem dierum.*

Muaviæ secundi obitus.

Aetas

Symbolum.

Interregnum.

بنت هـاشم وقبل ابنه وامه خالد بن ابي هـاشم بن عتبة بن ربيعه بن عبد شمس بويع له بالخلافه يوم توفا والده واقام خمسة واربعين يوما وقيل عشرين يوما وقيل اربعة اشهر ثم مات وقيل خلع نفسة من الخلافة وتوفا بعد الاربعين يوما من خلع نفسه وقيل ثلاثة اشهر وكان عمره ثلاث وعشرين سنة وصلي عليه مروان بن الحكم ودفن الي جانب ابيه وقيل صلي عليه الوليد بن عتبة بن ابي سفيان فلما كبر تكبيرتين فصلي عليه مروان بن الحكم وليس لمعويه عقب * نقش خاتمه الدنيا غرور * والذي تحررت عليه مدة ولايته خمسة واربعين يوما اولها يوم الثلثا واخرها يوم الخميس لتمة ثلاث وستين سنه ومـاية وثمانية عشر يوما للهجرة وذلك لتمام ستة الف ومايه خمس وسبعين سنة ومايه وسبعة عشر يوما للعالم شمسية وكانت السنون الي خلافة عبد الله بن الزبير تسعة وسبعين يوما ۞

CAPVT DECIMVM.

Decimus, ABDALLA filius ZVBEIRI, filij AVVAMI, f. HARMALÆ, f. ASADI, f. ABDVLARII, f. CVDÆ. Hic non fuit è fil. OMMIÆ.

العـاشر عبد الله بن الزبير بن العوام بن حرمله بن اسد بن عبد العري بن قضي ليس هو من خلفاء بني اميـه *

OGNOMINABATVR *autem Abubecrus, aut, ut alij ajunt Abuhabibus. Matrem habuit Asmam, filiam Abubecri Iusti, felicis memoriæ. Inauguratus est Meccæ, die nono mensis Regjebi, cum*

ابابكر وقبل ابا حبيب وامه ويكي اسما بنت ابي بكر الصديق رضي الله عنه * قال ابوجعفر الطبري رحمه الله بويع ابن الزبير بمكة لتسع ليال بقين من شهر رجب بعد ان

Chalifa

اقام بغير خليفه جمادتين واياما من شهر رجب وبايعه اهل العراق واهل مصر وبعض اهل الشام فولي اخاه مصعب بن الزبير بالبصرة وولي عبد الله بن مطيع الكوفه واخاه عبيده بن الزبير المدينة وعبد الرحمن بن عقبه بن حجرم مصر ۞

قال وفي هذه السنة كتب عبد الله بن الزبير الي عامله بالمدينة يامره باخراج من فيها من بني اميه فاخرجهم وفيهم مروان بن الحكم وابنه عبد الملك فلما وصلوا الي دمشق دعا مروان الناس الي بيعته وكان بدمشق لما وصل مروان الضحاك بن قيس الفهري وهو يدعو الي بيعة بن الزبير فبيع الضحاك جماعة وتبع مروان جماعة ثم كان بين الفريقين وقعه بمرج راهط قتل فيها الضحاك وخلق كثير من اصحابه وانهزم الباقون اقبح هزيمة واستقر الامر لمروان بالشام فكانت ولاية عبد الله بن الزبير ماية وثمانيه وعشرين يوما ۞

Chalifa nullus fuiſſet per totos duos menſes Gjumadas, & dies aliquot Regjebi. Præſtiterunt a.ei juramentum fidelitatis Iraci atque Aegyptij, & quidam etiam Syri. Præfecit Baſræ fratrem ſuum Maſabum filium Zubeiri; Cufæ Abdallam filium Mutij, Medinæ fratrem ſuum Obeidam fil. Zubeiri, Aegypto Abdurrahmanem f. Ocbæ filij Gjahrami.

Eodem hoc anno ſcripſit Abdalla f. Zubeiri ad Præfectum ſuum urbis Medinæ, præcipiens ei, ut filios Ommiæ, qui ibidem erant, ejiceret: id quod fecit. Erat autem inter eos Merwan filius Hakemi cum filio ſuo Abdulmelico: qui cum Damaſcum perveniſſent, invitavit Merwan populum ad ſui inaugurationem. At erat Damaſci, cum eo veniret Merwan, Dahacus f. Caiſi Amræus, qui populum invitabat ad inaugurationem f. Zubeiri, unde pars Merwanem, pars Dahacum ſequuta eſt: ac prælium tandem ab utriſque commiſſum eſt in agro Margjirahit quo interfectus eſt Dahacus cum multis è ſuis, & reliqui turpiſſima fuga aufugerunt: unde in Syria Merwani imperium eſt ſtabilitum. Imperaverat a. Abdalla f. Zubeiri 128 dies.

Merwan vincit Dahacum.

CAPVT VNDECIMVM.

الحادي عشر مروان بن الحكم ابن العاص بن اميه بن عبد شمس بن عبد مناف بن قصي وهو الرابع من خلفاء بني اميه *

ابا الحكم وقيل ابا عبد الملك وامه امنه بنت علقمه بن صفوان وقيل كانت البيعة له بالجابيه في شهر رمضان سنة اربع وستين * قال ولما قتل الضحاك وهزم اصحابه سار مروان الي دمشق فملكها ودعي اهلها له بالطاعة * وفي ذي القعده من هذه السنة جددت له البيعة * قال ودخلت سنة خمس وستين والخلافة بالشام لمروان بن الحكم ومصر والحجاز والعراق لعبد الله بن الزبير بن العوام ۞

وفي هذه السنة سار مروان الي مصر وبها عبد الرحمان بن عقبه بن حجرم

Vndecimus, MERWAN *filius* HAKEMI, *f.* ALASI, *f.* OMMIÆ, *f.* ABDVSIAMSI, *f.* ABDVMENAFI, *f.* CVDÆ, *quartus Chalifa filiorum* OMMIAE.

COGNOMINABATVR *autem Abulhakemus, aut, ut alij ajunt, Abuabdulmelicus. Mater ejus erat Emina filia Alcamæ, filij Safwani. Dicitur autem inauguratus Gjajinæ, menſe Ramadano anni 64. Occiſo autem Dahaco & militibus ejus in fugam verſis, rediit Merwan Damaſcum, eamq; ſubjugavit, civeſque obedientiæ ſuæ ſubjecit. Menſe autem Dulkiada ejuſdem anni renovatum ei eſt juramentum fidelitatis. Ineunte itaque anno 65 Chalifatum Syriæ tenebat Merwan fil. Hakemi; Aegypti verò Higjazæ, & Iracæ Abdalla fil. Zubeiri filij Awami.*

Chalifatus diviſus.

Cœpit 18 Auguſti A. C. 684.

Eodē hoc anno profectus eſt Merwan in Aegyptū, cui Abdurrahmāf. Ocbæ, f. Gjahrami præerat

præerat nomine Abdallæ f. Zubeiri; qui cum Merwane multis certavit prælijs, donec pax tandem facta est, ea conditione, ut Abdurrahman, summâ aliquâ pecuniæ acceptâ, in Higjazam abiret. Hinc Merwan ingressus est Aegyptum, cujus incolæ juramentum ei fidelitatis præstiterunt: eiq; præfecit filium suum Abdulazizum filium Merwanis. Deinde reversus est Damascum: misitq; exercitum oppugnatum Abdallam fil. Zubeiri; cujus exercitus fugatus est, plurimis cæsis.

عامل عبد الله بن الزبير فجرت بينه وبين مروان حروب كثيرة ثم وقع الصلح علي ان ياخذ عبد الرحمان مالا لنفسه ويمضي به الي الحجاز ودخل مروان الي مصر وبايعه اهلها وولاها ابنه عبد العزيز بن مروان ثم عاد مروان الي دمشق وجهز جيشا لمحاربة عبد الله بن الزبير وانهزم جيش ابن الزبير وقتل منهم خلق كثير ۞

Cufenſes turbas cient,

Eodem hoc anno à Cufenſibus quibuſdam motus eſt excitatus, ad vindicandum Huſeinum, qui ducem ſuum conſtituerunt Suleimanem filium Sordi: ac numerus quidem eorum qui ei ſe adjunxerũt 16 erat millium: qui profecti deinde ſunt Ainwerdam, in Meſopotamiam tendentes: atq; ibi occurrit ijs equitatus Syriæ, cui præerat Obeidalla filius Ziadi, cõmiſſoq; prælio, occiſus eſt Suleiman cũ multis è ſuis, & reliqui in fugã ſunt verſi.

قال وفي هذه السنة تحركت الشيعة بالكوفه لاخذ ثار الحسين وولوا عليهم سليمان بن صرد وكان عدة من اجتمع معه ستة عشر الفا ثم ساروا الي عين وردة طالبين الجزيرة فلقيهم خيول الشام وعليهم عبيد الله بن زياد فاقتتلوا فقتل سليمان وخلق كثير من اصحابه وانهزم الباقون ۞

Cladem accipiunt.

Muchtarus.

Venit quoq; hoc anno Cufam Muchtarus f. Abuobeidæ cives ejus invitans ad vindicandum Huſeinum fel. m. quod ut reſcivit Gubernator eum prehenſum in carcerẽ conjecit, ſed paulò pòſt iterum dimiſit, intercedente Abdalla f. Omaris, qui maritus erat ſororis Muchtari.

وفيها قدم المختار ابن ابي عبيدة الي الكوفه داعيا اهلها لاخذ ثار الحسين عليه السلام فلما علم ذلك عامل الكوفه قبض عليه وحبسه ثم اطلقه بشفاعة عبد الله بن عمر وكان زوج اخت المختار *

Merwanis mors,

Eodem hoc anno obijt Merwan f. Hakemi, menſe Ramadano, ex peſte. Sunt tamen qui dicunt eum Chalidem f. Iezidi, f. Muaviæ, nominaſſe filium meretricis: & matrem Chalidis, quæ uxor ejus erat, ut id reſcivit, veneno eum ſuſtuliſſe, aut ut alij volunt, pulvinari plumeo faciei ejus impoſito inſediſſe; atque ita eum obijſſe. Oravit pro eo filius ejus Abdulmelicus f. Merwanis. Chalifatum obtinuit, ex quo nempe renovata ei eſt inauguratio, 10 menſes. Annos natus erat 63, aut ſecundũ alios, 71. Vocabatur vulgo Filius expulſi, quia Propheta patrem ejus Hakemum in Wagjam expulerat, quod ſecretum ejus divulgaſſet: manſit a. expulſus ad Chalifatum uſq; Otſmanis, qui Medinam eum reduxit: quod & inter cætera crimini ei fuit datũ: etſi dicatur reduxiſſe eum quod cauſa ceſſaret ob quam expulſus erat. Quod ad formam ejus. procerus erat, oculis glaucis, & capillitio ſubflavo. Scriba ejus fuit Sofianus f. Abradi, aut, ut alij ajunt, Abdalla f. Auſi. Iudex filius Idriſi Hulwanæus; Ianitor

وفيها قدم المختار ابن ابي عبيدة الي الكوفه داعيا اهلها لاخذ ثار الحسين عليه السلام فلما علم ذلك عامل الكوفه قبض عليه وحبسه ثم اطلقه بشفاعة عبد الله بن عمر وكان زوج اخت المختار *

وفي هذه السنة توفي مروان بن الحكم في الشهر رمضان بالطاعون وقيل انه قال لخالد بن يزيد بن معويه يا ابن الزانية وكانت ام خالد زوجته فبلغها ذلك فسمته وقيل بل وضعت علي وجهه مخدة مملوة ريشا وجلست علي وجهه فمات وصلي عليه ولده عبد الملك بن مروان وكانت مدة ولايته منذ جددت له البيعة عشرة اشهر وكان عمره ثلاث وستين سنة وقيل احدي وسبعين سنة ويقال له ابن الطريد لان النبي طرد اباه الحكم الي وج لانه كان مفشي سره ولم يزل طريدا الي خلافة عثمان رده الي المدينة وكان ذلك من جملة ما انكر عليه وقيل انما رده لزوال العلة التي طرد لاجلها * قال وصفته كان طويلا ازرق واصهب * كاتبه سفيان بن الابرد وقيل عبد الله بن اوس وقاضيه ابن ادريس الحلواني حاجبه

Ætas,

Cognomen,

Forma,

Officiales,

ابن سهل مولاه صاحب شرطته يحيي بن قيس العالي * مدة ولاية مروان بن الحكم مايتي ثمانية وتسعين يوما اولها يوم الثلثا واخرها يوم الثلثا لتمة اربع وستين سنة ومايتي اربعة وستين يوما للهجرة ولتمام سنة الف ومايتين ستة وسبعين سنة ومايتي اربعة وخمسين يوما للعالم ۞

Abuſahlus ſervus ejus: Præfectus exercitus ejus Iahja f. Caiſi Alæus. Imperavit dies ducentos nonaginta octo, quorum primus fuit Martis, ut & ultimus, elapſis Annis Hegiræ ſexaginta quatuor, & diebus ducentis ſexaginta quatuor, mundi verò annis 6176, & diebus ducentis quinquaginta quatuor.

CAPVT DVODECIMVM.

الثاني عشر وهو خامس بني امية عبد الملك بن مروان بن الحكم بن ابي العاص *

ابا الوليد وقيل ابا مروان امه عايشه بنت علوم بن العراه بن ابي العاص بويع له بالخلافه بالشام يوم توفي والده ولما بويع له بالخلافه كان المصحف في حجره فطبقه وقال هذا فراق بيني وبينك ۞

قال وفي هذه السنة سنة خمس وستين بعث الي بيت المقدس فزاد في المسجد الاقصي الي ان ادخل الصخرة في حرم المسجد واخذ الناس بالحج الي بيت المقدس ومنع بالحج الي مكه لاجل عبد الله بن الزبير * واستحضر عبد الملك بن مروان اكابر النصاري وطلب منهم كنيستهم التي الي جانب المسجد الجامع بدمشق فجاوا بكتاب خالد بن الوليد فاعرض عليهم مالا كثيرا وان يبنوا كنيسة مثلها في اي جهة يختارون بدمشق فابوا فتركهم ۞

قال وفي سنة ستة وستين كان ظهور المختار بن ابي عبيده بالكوفة طالبا بدم حسين عليه السلام فبايعه اهلها وحصروا عبيد الله بن زياد اشد حصار ثم طلب الامان من المختار فامنه وخرج من القصر وتسلمه المختار واستوس له الامر بالكوفه وكان يتظاهر بان دعوته لمحمد بن الحنيفه عليه السلام واما في الباطن فانه غير منظور ولا اهل البيت

Duodecimus CHALIFA, & quintus ex filijs OMMIAE, ABDVLMELICVS filius MERWANIS, filij HAKEMI, filij ABVLASI.

HIC cognominatus fuit Abulwalidus aut, ut alij tradunt, Abumerwan, Matrem habuit Ajisjam filiam Alumi, filij Arahi, f. Abulasi: creatus eſt Chalifa in Syria, eodem quo pater ejus obijt die. Cumq; inauguraretur habebat in gremio ſuo Mushafum, *eumque complicuit, dicens, Hoc inter me & te dividat.* Alcoranum.

Eodem anno, ſexageſimo quinto videlicet, miſit Hieroſolyma, & auxit Templum extremum†, ita ut Petram inferret in templi adytum: cæperuntque homines peregrinari Hieroſolyma: & vetuit peregrinationem Meccanam, propter Abdallam f. Zubeiri. Vocatis deinde ad ſe primis Chriſtianorum, petijt ab ijs ædem illam quæ Damaſci eſt, ad latus templi cathedralis: at illi attulerunt libellum Chalidis f. Walidis. unde obtulit ijs multum pecuniæ, & ut ei ſimilem aliam quocunque in loco vellent, Damaſci ædificarent: at illi noluerunt; & reliquit eos. Abdulmelicus Hieroſolyma profectus. peregrinationē Hieroſolymitanam inſtituit.

Anno ſexageſimo ſexto apparuit Muchtarus filius Abuobeidæ, Cufæ, ſanguinem requirens Huſeini: cui ut fidelitatem adjurarunt cives, arctiſſime obſederunt Obeidallam filium Ziadi: at is ſecuritatem à Muchtaro petijt, quam & obtinuit. Poſtquam autem ex arce egreſſus eſt, occupavit eam Muchtarus, & Cufæ eſt adeptus imperium. Simulaverat autem Obeidallas vocare ſeſe ad imperium Muhammedem f. Hanifæ felicis memoriæ. At revera neque ille conſiderabatur, neque Domeſtici†. Cœpit 8 Auguſti A. C. 685. Muchtarus Obeidallam obſidet, ac vincit.

Proponebat

Proponebat id ſolum ut ad ſe imperium traduceret: atque in eum finem totum hoc agebat. Abalienati ab eo erant animi, ex quo Huſcinum interfecerat. Deinde cives occiderat, perdiderat, atque diſperſerat, opes ijs eripiens, & domos deſtruens. Eodem anno ſibi mutuo occurrerunt equitatus Muchtari f. Abuobeidi, & equitatus Obeidallæ f. Ziadi,
Prælium. *atq; acerrimo decertarũt prælio; fugerunt q; milites Obeidallæ. Deinde miſit Muchtarus Ainwerdam 7 equitum millia, duce Ibrahimo f. Aſiri Nachaæo, obviam Obeidallæ f. Ziadi. Hi poſtquam Cufa diſceſſerũt ſeditionẽ excitavit populus Cufenſis contra Much-*
Cufenſes rebellant. *tarum, ita ut parum abeſſet quin occiderent eum: qua de cauſa Ibrahimum juſſit reverti, qui reverſus ad eum cum exercitu, illos oppugnavit, ita ut fugerent Cufenſes, & 250 ex ijs viri occiderentur, omnes ex illis qui Huſeino bellum intulerant. Ac fugerunt eorum quidam in pagum: ſed ad eos oppugnandos miſit Muchtarus equitatum: atq; occiſus*
Huſeini hoſtes delentur. *eſt Sjemirus f. Dulgjusji. Deinde totum ſe dedit occiſioni eorum, qui bellum moverant Huſeino, quos omnes perſequutus eſt nece & exilio. Eodem anno in carcerẽ conjecit Ab-*
Abdalla Muhammedem in carcerem conijcit. *dalla f. Zubeiri Muhammedem f. Haniſæ, cum 17 Domeſticis: in quibus & Abdalla filius Ajadi erat: idq; Meccæ: & petijt ab ijs uti ſibi jurarent fidelitatem ſuper Chalifatu: quod recuſarunt. At ille terminum ijs conſtituit, intra quem ni id facerent, occiderentur. At Muhammed f. Haniſæ miſit ad Muchtarũ: qui 150 ei miſit equites. Hi profecti Meccam, eam intraverunt, clamantes vindictam Huſeini: venerunt q; ad puteum Zemzem. Præparaverant autem jam tum homines ligna ad comburẽdum Muhammedem cum ſocijs ejus, reſtabat enim ad termi-*
Muhammed liberatur. *num conſtitutum biduum tantum. At illi, effractis carceris foribus, Muhammedem f. Haniſæ cum ſocijs ejus eduxerunt. Deinde miſit Muchtarus Ibrahimum cum 300 equitibus, & pecunia. atque hi Meccam quoque ingreſſi, clamarunt vindictam Huſeini: timuit q; eos filius Zubeiri. Muhammed a. cum ſuis egreſſus eſt in montẽ excelſum, ubi cum eo convenerunt 4 mille viri, quib. pecuniam illam diſtribuit: atq; ij veniam petierunt oppugnandi f. Zubeiri: ſed ille cohibuit eos.*

Anno 67 miſit Muchtarus Ibrahimum f. Aſiri oppugnatum Obeidallam f. Ziadi,

عليه السلام وانما قصد بذلك ان يتغلب
علي الملك لنفسه وعمل هذه كلها طريقا
الي ذلك فقد شفا القلوب من قتله الحسين
فقتلهم وابادهم ومزقهم واستلب اموالهم
وهدم دورهم * قال وفي هذه السنة
التقت خيل المختار بن ابي عبيد وخيل
عبيد الله بن زياد فاقتتلوا قتالا شديدا
وانهزم اصحاب عبيد الله ثم جهز المختار
سبعة الف فارس مقدمهم ابرهيم بن الاسير
النخعي للقاء عبيد الله بن زياد بعين
وردة فلما انفصلوا عن الكوفة شغب اهل
الكوفة علي المختار وكادوا ان يقتلوه
فامر ابرهيم بن الاسير بالعود فعاد اليه
بالجيش فقاتلهم وانهزم اهل الكوفة و
قتل منهم مايتي وخمسين رجلا كلهم من
قاتلي الحسين وانهزم منهم جماعة الي قرية
فبعث المختار اليهم خيلا ان يقاتلوهم فقتل
شمر بن ذي الجوشن ثم تجرد المختار لقتل
من قاتل الحسين ويتبعهم قتلا ونفيا *
قال وفي هذه السنة حبس عبد الله بن
الزبير محمدا بن الحنيفة وسبعة عشر رجلا
من اهل البيت منهم عبد الله بن عباس
وذلك بمكة وطلب منهم ان يبايعوه
بالخلافة فامتنعوا وضرب لهم اجلا ان
يبايعوه والا قتلوا فبعث محمد بن الحنيفة
الي المختار فجهز له مائة وخمسين فارسا
فساروا الي مكة فدخلوا وهم ينادون
بثارات الحسين واتوا زمزم وقد اعدت
الناس الحطب ليحرق محمد واصحابه
وقد بقي من الاجل يومان فكسروا باب
السجن واخرجوا محمدا بن الحنيفة
واصحابه ثم بعث المختار ابرهيم في ثلثماية
فارس ومعهم مال فدخلوا مكة ونادوا
بثارات الحسين فخافهم ابن الزبير وخرج
محمد ومن معه الي شعب عال واجتمع
معه اربعة الف رجل وقسم المال بينهم
واستدنوا في قتال ابن الزبير فنعهم ۞
قال وفي سنة سبع وستين سير المختار
ابرهيم بن الاسير لقتال عبيد الله بن زياد

& cum eo erant 70 mille milites; de quibus decem mille & trecenti perierunt: è militibus verò Muchtari 370 viri sunt cæsi. Ibrahimus autem occupavit Singjarum, Nasibinum, & Daram. Eodem anno profectus est Masabus f. Zubeiri, qui fratris sui nomine præerat Basræ, cum ingenti exercitu Cufam, ad oppugnandum Muchtarum filium Abuobeidi: ac magno commisso certamine aufugit Muchtarus & socij ejus, ex arce, cum 7 mille viris; quos tantisper bello vexarunt, donec omnes deleverunt; idq; mense Ramadano. Cum autem Masabus Iracæ imperium adeptus esset, scripsit ad Ibrahimum, invitans eum ad obedientiam, & ille auscultavit ei, venitq; ad eum. Præfecit quoque Masabus Mahlebum f. Abusafræ Mausilæ, Mesopotamiæ, Aderbigjanæ, & Armeniæ.

Masabus Muchtarum oppugnat.

Anno 68 venerunt ex Perside in Iracam, & Medajinum ingressi sunt Azrakæi (qui sunt natio Charisæa, ita dicta à quodam Nasio f. Azraki, cui magna se multitudo adjunxit:) ceperuntq; Ahwazum, & ditionem ejus. Sed misit contra eos Masabus f. Zubeiri Mahlebum f. Abusafræ, qui dies eos aliquot bello vexavit, & plurimos eorum cecidit. Interim mortuus est Nasius f. Azraki, & inaugurarunt Charisæi Catrim f. Fugjati Marinæum, & Masabus removit à bello eorum Mahlebum, & invitavit contra eos Omarem f. Abdallæ Temimæum, qui occurrit ijs Naisaburæ, & oppugnavit ac fugavit eos, magno eorum numero fuso, recesseruntq; Isfahanam, & in Carmaniam; ubi ut viribus aucti sunt, reversi sunt Ahwazum: verum cum peteret eos Omar, redierunt Medajinum, atque interceperunt viam, & interfecerunt fœminas ac pueros: deinde reversi sunt in Carmaniam.

Cœpit 17 Iulij A. C. 687.

Catris succedit Azrako.

Anno 69 egressus est Damasco Abdulmelicus f. Merwanis, bellum illaturus Abdallæ f. Zubeiri. Substituerat autem Damasci in locum suum Omarem f. Saadi f. Abuwaccasi qui Ahdacus vulgo vocabatur: at hic rebellavit ilico, & sese munivit: unde reversus Abdulmelicus obsedit Damascum: sed cum Omar ad eum misisset; securitatem illi concessit: & ingressus Damascũ, vocavit eum ad se, atq;, ut venit, prehensum occidit. Venerant aũt cum eo multi è militibus ejus, verum

Cœpit 6 Iulij A. C. 688.

Omar rebellat,

sed occiditur.

وكان معه سبعون الفا من اصحابه وافلت منهم عشرة الف وثلثماية وكان من قتل من اصحاب المختار ثلثماية وسبعون رجلا * فاستولي ابرهيم علي سنجار ونصيبين ودارا * وفيها توجه مصعب بن الزبير وهو عامل اخيه على البصره في جيش كثيف الي الكوفه لقتال المختار بن ابي عبيد فاقتتلوا قتالا شديدا فانهزم المختار واصحابه من القصر في سبعة الف رجل فقاتلوهم حتي قتلوا جميعهم وذلك في شهر رمضان ولما استوسق الامر بالعراق لمصعب كتب الي ابرهيم يدعوه الي طاعته فاجاب وسار اليه وولي مصعب المهلب بن ابي صفره الموصل والجزيره وادربيجان وارمينيه ۞

قال وفي سنة تسعة وستين سارت الازارقه من فارس الي العراق ودخلوا المداين وهولاء طايفة من الخوارج منسوبون الي نافع بن الازرق واجتمع اليه خلق كثير وغلبوا علي الاهواز واعمالها فبعث اليهم مصعب بن الزبير المهلب بن ابي صفره فقاتلهم اياما فقتل منهم خلق كثير وفي عصون ذلك مات نافع بن الازرق فبايعت الخوارج قطري بن الفجاه المازني وعزل مصعب المهلب عن قتالهم وندب لهم عمر بن عبد الله التميمي فلقيهم بنيسابور فقاتلهم وهزمهم وقتل منهم جماعة وانجاروا الي اصفهان وكرمان وتقووا بها وانعطفوا منها الي الاهواز فطلبهم عمر فعادوا الي المداين وقطعوا السبيل وقتلوا النساء والذراري ثم عادوا الي كرمان ۞

قال وفي سنة تسع وستين خرج عبد الملك بن مروان من دمشق لقتال عبد الله بن الزبير واستخلف على دمشق عمر بن سعد بن ابي وقاص المعروف بالاحدق فعصي وتحصن فعاد عبد الملك ونزل علي دمشق وارسل عمر وامنه ودخل دمشق واستدعاه فجاء اليه وقتله عبد الملك صبرا وقد جاء معه جمع

UNED

verum hi cum eo prohibiti ſunt ingredi. Et quum Abdulmelicus eum necatum ad illos ejeciſſet, clamaverunt: ſed, diſtributâ inter eos pecuniâ, conquieverunt.

Cœpit 14 Iunij. A. C. 690.

Anno 71 occiſus eſt Maſabus f. Zubeiri. cum enim Abdulmelicus contra eum profectus eſſet, exijt ad eum, & interfectus eſt: ac milites ejus in fugam ſe dederunt. ſed vocavit eos ad ſe Abdulmelicus; cui fidelitatis juramentum præſtiterunt. Hinc Cuſam abijt, eamq; eſt ingreſſus: & imperium ei ſtabilitum eſt in Iraca, Syria, & Aegypto: ut nihil reſtaret extra ejus imperium, præter Higjazam, in manu Abdallæ f. Zubeiri. Maſabus a. vir ſtrenuus fuit, liberalis, & formoſus. Abdulmelicus Iracæ imperium nactus, ei præfecit fratrem ſuũ Basjerum f. Merwanis.

Maſabi mors.

Natura.

Hagjagjus oppugnat Abdallam.

Eodem anno miſit Abdulmelicus Hagjagjum filium Ioſephi Tſekifæum, cum duobus exercitus Syriaci millibus, oppugnatum Abdallam f. Zubeiri: atque is cum illis Tajifam abijt, neq; declinavit Medinam. Hinc ſcripſit Abdulmelicus ad præfectum ſuum urbis Medinæ, ut, cum ijs quos apud ſe habebat militibus, auxilium ferret Hagjagjo. Hi itaque caſtra fecerunt Birmaimone, & cinxerunt Meccam, atque obſederunt filium Zubeiri.

Meccam obſidet,

Eodem anno interfectus eſt Abdalla f. Zubeiri: obſidebat enim Hagjagjus arctißime Meccam, & Caabam catapultis impetebat, ita ut dirueret eam: quin & pilas ex pice & igne in eam jaciebat, ut comburerentur tecta ejus, & in cinerem redigerentur. Deinde occiſus eſt Abdalla, & capta Mecca, manè, die Martis, qui 18 erat Gjumadæ prioris; ſunt tamen qui dicant poſterioris. Et Hagjagjus eum capite truncatum cruci affixit Meccæ, deinde caput miſit Medinam; ipſumque ibi etiam crucifixit. Hinc ſepeliri eum juſſit in cœmiterio Iudæorum. Duravit hæc obſidio Hagjagji 7 menſes, & dies aliquot. Obtinuit autem fil. Zubeiri Higjazæ, & Iracæ imperium, ab obitu nempe Muaviæ f. Iezidi, ad eadem uſque ſuam, annos 9, & dies 22. Annos ætatis habuit 72. Mater ejus quinque poſt ipſum diebus obijt. Atque hic filius Zubeiri Caabam inſtauravit, & Lapidem in eam intulit, ac duas ei portas fecit, ad ingreſſum unam, alteram ad egreſſum:

& capit:

Abdallam capite truncat.

Abdallæ Imperium.

Res geſtę.

كبير من اصحابه فنعوا من الدخول
معه ولما قتله عبد الملك اخرجه اليهم
فصاحوا ففرقت فيهم الاموال فتسكنوا ۞

قال وفي سنة احدي وسبعين كان
مقتل مصعب بن الزبير وذلك ان عبد
الملك سار اليه فخرج اليه مصعب فقتل
وانهزم اصحابه فاستدعاهم عبد الملك
فبايعوه وسار الي الكوفه فدخلها واستقر
له الامر بالعراق والشام ومصر ولم يبق
خارجا عنه الا الحجاز في يد عبد الله
بن الزبير وكان مصعب شجاعا جوادا
حسن الوجه * ولما ملك عبد الملك بن
مروان العراق ولاها اخاه بشر بن
مروان ۞

قال وفي هذه السنة سير عبد الملك
بن مروان الحجاج بن يوسف الثقفي
في الفين من عسكر الشام لقتال عبد
الله بن الزبير فسار بهم الي الطايف ولم
يخرج الي المدينه ثم كتب عبد الملك
الي عامله بالمدينه بان يمضي بمن معه من
الجند مددا الي الحجاج فنزلوا بير ميمونه
واحاطوا مكه وحاصروا ابن الزبير ۞

قال وفي هذه السنة كان مقتل
عبد الله بن الزبير وذلك ان الحجاج
حاصر مكه اشد حصار ورمي الكعبة
بالمناجنيق حتي هدمها ورموها بكيران
النفط والنار واحترقت الستارات حتي
صارت رمادا ثم قتل عبد الله بن الزبير
وفتحت مكه صبحة يوم الثلثا لثلث
عشرة ليلة بقيت عن جمادي الاولي وقبل
جمادي الاخرة واجتز الحجاج راسه
وصلبه بمكه ثم بعث براسه الي المدينة
فصلبه بها ثم امر بدفنه في مقابر اليهود
وكان مدة حصار الحجاج سبعة شهور
وايام ومدة سلطان بن الزبير الحجاز
والعراق منذ توفا معويه بن يزيد الي قتله
تسع سنين واثنين وعشرين يوما وكان
عمره اثنتين وسبعين سنة ومات امه
بعده بخمسة ايام وكان ابن الزبير قد
بني الكعبة وادخل فيها الحجر وجعل
لها بابين يدخل من احدها ويخرج من

& abrasit interiora Caabæ, & exteriora ejus: & is quidem primus Caabam abrasit, eamq; texit tapetis Aegyptiacis. Scriba ejus fuit Dailus f. Omaris. Ianitor Salimus servus ejus. Invalescente a. Meccæ obsidione, metuit fil. Zubeiri ne corrueret Domus (sacra,) ac relicto certamine, domum suam est ingressus: dixitq; ei mater ejus. Quod si pro veritate pugnas, veritas in manu tua erit. Egredere ad eos: si occidaris, martyr eris. Respondit. O mater non timeo mortem, sed timeo truncationem. Ad quod illa. O vis jugulata dolorem non percipit excoriationis. Dicitur q; bibisse musci libram, & egressus pugnavisse, atque occisus esse, & (portæ) affixus. Odorati autem sunt homines fragrantiam musci ex corpore ejus dies multos.

Occasio mortis ejus.

Eodem anno præfecit Abdulmelicus fil. Merwanis fratrem suum Muhammedem f. Merwanis Aderbigjanæ, Mesopotamiæ, & Armeniæ: misitq; Muhammed centum millia bellum illatum Hararis: sed Muslimi omnes sunt interfecti. Qua re Muhammed valde commotus, ipsemet abÿt cum 40 millibus, donec in mediam venit Armeniam: & Hararos fudit atque fugavit, eosque in templa sua confugere compulit; & igne deinde in templis accenso combussit. Hinc misit Muslimam filium Abdulmelici filÿ Merwanis ad Portam portarum, ubi amplius octoginta Hararorum erant millia; qui cum copÿs suis contra eos profectus, eam arctissimè obsedit, & cepit, magnumq; eorum numerum interfecit: reliqui autem crediderunt. Eodem anno præfecit Abdulmelicus fil. Merwanis Chalidem f. Abdallæ Carsjæum Iracæ, eiq; præcepit ut Mahlebum f. Abusafræ præficeret bello Azrakæorum, qui jam tum Ahwazam ceperant, duce Catri f. Fugjati Marinæo. Sed mandatum negligens Chalid, ipsemet contra eos exÿt, ijsq; bellum movit. At fugatus est Chalid: & Azrakæi naves ejus ceperunt & combusserunt. Quo audito Mahlebus cum legione quadam eos adit, oppugnat, & fugat: fugiuntque Ahwazam. Chalid a. bello Azracico præfecit fratrẽ suum Abdulazizũ: contra quem venientes Azrakæi cum 7 millib. eum in fugam conÿciunt, magnamq; ei cladem afferunt; capta etiam uxore ejus, super qua & eo clamarunt modo

Bellum Muhammedis fil. Merwanis cum Hararis.

Bellum Azracicum.

quo

الاخر وحلق داخل الكعبة وخارجها
وكان اول من حلق الكعبة
وكساها بالفباطي * كاتبه
دبل بن عمر حاجبه سالم مولاه ۞
قال وكان بن الزبير لما اشتد الحصار
علي مكه خاف ان ينهدم البيت
فترك القتال ودخل الي بيته وقالت
له امه ان كنت تقاتل عن حق
فالحق في يدك فاخرج اليهم فان
قتلت فانت شهيد فقال يا امت ما
ارهب الموت لكنني اخاف المثلة قالت
له الشاة اذا ذبحت لم تجد الم السلخ
وقيل انه شرب رطل مسك وخرج يقاتل
فقتل وصلب فكان الناس يشمون
رايحة المسك من بدنه اياما كثيرة ۞
قال وفي هذه السنة ولا عبد الملك
بن مروان اخاه محمدا بن مروان اذربيجان
والجزيرة وارمينية فبعث محمد لحرب
الحرر في ماية الف فقتل المسلمون جميعهم
فعظم ذلك علي محمد بن مروان فسار في
اربعين الفا حتي توسط بلاد ارمينيه
فقاتل الحرر وهزمهم والجاهم الدخول
في كنايسهم ثم اضرم النار عليهم في
الكنايس ثم جهز مسلمه بن عبد الملك
بن مروان الي باب الابواب وفيها نيف
وثمانون الف من الحرر وخرج عليهم
بجيوشه وحاصرها اشد حصار وفتحها
وقتل منهم جماعة كبيرة وامن الباقون
من الحرر * وفيها ولا عبد الملك بن
مروان خالد بن عبد الله القرشي العراق
وامره ان يولي المهلب بن ابي صفره حرب
الازارقه وكان قد غلبوا علي الاهواز
وامرهم قطري بن الفجاه المازني فخلف
خالد بن عبد الله وخرج اليهم بنفسه
فقاتلهم فهزم خالد واخذت الازارقه
سفنه فاحرقوها ولما بلغ المهلب الخبر
خرج اليهم بجماعة فقاتل الازارقه
فهزمهم وهربوا الي الاهواز وولا خالد
حرب الازارقه اخاه عبد العزيز فاتبه
الازارقه في سبعة الف فهزموه وقتلوا من
اصحابه مقتلة عظيمة وسبوا زوجته ونادوا

quo clamabant ſuper ſervis. Hinc crevit robur Azrakæorum, & Baſram venerunt, eam obſeſſuri. Chalid autem bellum eorum commiſit Mahlebo, qui profectus contra eos cum legionibus ſuis oppugnavit eos, & fugavit. Eodem anno depoſuit Abdulmelicus Chalidem fil. Abdallæ Carsjæum præfectura Iracæ, quòd immorigerus ei fuiſſet in præficiendo Mahlebum f. Abuſafræ, & Iracæ gubernationem commiſit fratri ſuo Basjero filio Merwanis, qui hydrope laborãs mortuus eſt.

Eodem anno abijt Abdulazizus fil. Merwanis Alexandriam, atq; ædificavit pontem illum qui eſt in fluvio Imperatoris fidelium.

Cœpit 13 Maij A.C. 693. *Anno 74 præfecit Abdulmelicus fil. Merwanis Hagjagjum f. Iosephi Tſekifæum Medinæ: qui ei præfectus abijt Meccam, diruitq; quidquid in Caaba extruxerat filius Zubeiri, eamq; ad ſtructuram reduxit priorem. Eclipſis quoque fuit hoc anno ſolis tanta, ut ſtellæ apparuerint, die Lunæ in fine menſis Gjumadæ prioris.*

Eclipſis.

Cœpit 2 Maij A.C. 694. *Anno 75 præfecit Abdulmelicus Hagjagjum Iracæ, qui Cufam venit cum duodecim mille equitibus, & miſit legiones aliquot ad Mahlebum f. Abuſafræ, qui occupatus erat in oppugnandis Azrakæis; & juſſit eum congredi cum ijs: atque is fugavit eos, ita ut in aliam ſe reciperent provinciam, & fortiter eos oppugnavit:*

Cœpit 21 Aprilis A.C. 695. *Anno 76 egreſſi contra Hagjagjum ſunt Salihus f. Margi, & Sjabibus, Chariſæi, quos plurimi homines ſunt ſequuti: vocaruntq; Salihum Imperatorem fidelium. Abjerunt autem in Meſopotamiam, eamq; diripuerunt & ibidem potentia eorum crevit. Bello eos perſequutus eſt cum ſuis Muhammed fil. Sjabibi ad Nahrawanum, atque ibidem caſtra fixit, ut qui cum eo erant fidelitatem ei ad mortem uſque adjuraverant. Ad hos miſit Hagjagjus quatuor mille equites, quibus cum ſeptuaginta viris occurrit Sjabibus, & in fugam ſe dederunt milites Hagjagji, cum duce ſuo, quem & Sjabibus interfecit. Ac interceperunt Sjabibus & milites ejus viam, ſemitasq; reddiderunt formidabiles; & quotieſcunque mittebat Hagjagjus exercitum, fugarunt eum, licet numerus eorum non excederet 4 equitum millia. Deinde ſtatuit Sjabibus adoriri Cufæ cives: ſed*

Sjabibus hoſtis Hagjagii.

عليها كما ينادي على الاماء
واشتدت شوكة الازارقه وقدموا البصرة
ليحاصروها فولا خالد المهلب قتالهم
فخرج اليهم بجيوشه فقاتلهم وهزمهم *
وفيها عزل عبد الملك خالد بن عبد الله
القرشي عن العراق لعصيانه اياه عن تولية
المهلب بن ابي صفرة وولا العراق اخاه
بشر بن مروان فمرض بعلة الاستسقاء
ومات ۞

قال وفي هذه السنة خرج عبد
العزيز بن مروان الي الاسكندرية وبنا
القنطرة التي علي خليج امير المومنين ۞

قال وفي سنة اربع وسبعين ولا عبد
الملك بن مروان الحجاج بن يوسف
الثقفي المدينة فلما تولاها مضي الي مكه
ونقض البنيان الذي كان ابن الزبير بناها
في الكعبة وردها الي البنا الاول * وفيها
انكسفت الشمس حتي ظهرت الكواكب
يوم الاثنين سلخ جمادي الاولي ۞

قال وفي سنة خمس وسبعين ولا عبد
الملك الحجاج العراق فقدم الكوفه في
اثني عشر الف راكب فجهز الجيوش
الي المهلب بن ابي صفره وهو مقيم على
حرب الازارقه وامره بمناهضتهم وهزمهم
فالتجوا الي بلد اخري فقاتلهم اشد
قتال ۞

قال وفي سنة ست وسبعين خرج
علي الحجاج صالح بن مرج وشبيب
الخارجان فتبعهما خلق كثير وسموا
صالحا امير المومنين وخرجوا بارض
الجزيرة ونهبوا الاموال وتقووا بها
وقاتلهم محمد بن شبيب الي النهروان
باصحابه فنزلها وبايعه من معه على
الموت فبعث اليهم الحجاج اربعة الف
فارس والتقاهم شبيب في سبعين رجلا
فانهزم جيش الحجاج وانهزم مقدمهم
فقتله شبيب وقطع شبيب واصحابه
الطريق واخافوا السبيل وكلما سير
الحجاج عسكرا هزموه مع ان لم تزد
عدتهم علي اربعه الف فارس * ثم عزم
شبيب على لقاء اهل الكوفه فخرج

egreſ-

ſubſidio ijs venit Hagjagjus cum 50 millibus: hoſtamen Sjabibus (qui mille tantum habebat) in fugam vertit, & omnibus eorum impedimentis eſt potitus. Ita hoc referunt Hiſtorici fide digni. Hinc fugit Buldanam cum 70 viris: deinde abijt in Carmaniam; ubi principatum eſt nactus, & reverſus fortiſſimè bellavit. Cum a. ſibi mutuo aliquando occurriſſent ad mare, ingreſſus eſt Sjabibus aquam, ac demerſa navi ſuffocatus, dicens, cum Deus diſponit aliquid, id factum eſt: *cumq; demerſus rurſum prodiret, dixit,* Hæc potentia eſt (Dei) fortis & ſapientis. *Et clamarunt Chariſæi, Submerſus eſt Imperator fidelium, ac fugerunt: unde vicerunt milites Hagjagji, qui mortuum retib. eduxerunt, & caput ejus ad Hagjagjum miſerunt; atq; cor ejus fiderunt, quod compererunt durum eſſe, & compactũ, inſtar lapidis.*

In fugam vertit exercitum ejus.

Submergitur.

Mortuus ab hoſtibus capitur, & miſerè tractatur.

Deinde reſtiterũt Azrakæi Catri filio Fugjati, quem major eorum pars deſeruit, ita ut inter ſe pugnarent. Sed Mahlebus f. Abuſafræ contra eos profectus, acerrime cum ijs dimicavit, ac de Chariſæis 4 millia cæcidit; & plurimos vulneravit. Catris a. fugit in Tabriſtanam: cujus rex erat Ashidus Magus; à quo veniam in regionẽ cum ſuis ingrediendi petijt, quam & ijs conceſſit. cumq; ingreſſi jam aliquamdiu ibi ſubſtitiſſent, & res eorũ bono eſſent loco, miſit Catris ad Ashidum, petens ab eo ut aut Iſlamiſmum amplecteretur, aut tributum ſolveret. quod recuſavit. unde cum ſuis bellum ei intulit: fugit q; Ashidus Raijam, & auxilium imploravit Muſlimorum; ijſq; indicavit loca quibus Tabriſtana caperetur: quos eo profectos oppugnavit Catris cum ſuis. ſed occiſus eſt Catris, & milites ejus cæſi partim, partim capti. At q; hæc geſta ſunt miniſterio Mahlebi f. Abuſafræ: quem & Hagjagjus præfecit Choraſanæ.

Azrakæi rebellant & inter ſe diſſident.

Catris fugit in Tabriſtanam.

Contra regem inſurgit.

A Muſlimis occiditur.

Eodem anno ſignati ſunt aurei & ſtateres Arabicè: habuerant enim ante inſcriptionem linguâ Romanâ, & ſtateres quoque Perſicâ: fecitq́ue ſibi Hagjagjus officinam monetariam, & ſtateribus impreſſit DEVS EST DOMINVS: *ſed materia eorum non erat bona. at emendavit eam deinde, cum Iracæ præfectus eſſet, Omar f. Habiræ: & poſt hunc Chalid Carsjæus: hinc Ioſephus f. Omaris. poſtea emendavit eam tempore ſuo*

Moneta Arabica cuditur.

Haron

الهم الحجاج في خمسين الفا ومع
شبيب الف فهزمهم شبيب وحوا جميع
اثقالهم هكذا نقله المورخون والعدة
عليهم فيها دقلوه وهرب شبيب الى
البلدان في سبعين رجلا ثم مضي الي
كرمان فاستراس بها فعاد وقاتل
اشد قتال والتقوا مرة علي البحر ودخل
شبيب في الما فغاصت السفينه فغرق
فقال اذا يقضي الله امرا كان مفعولا
وانغمس وارتفع فقال ذلك تقدير
العزيز الحكيم فصاحت الخوارج
غرق امير المومنين وانهزموا وثلم
اصحاب الحجاج واستخرجوا ميتا
بالشباك وبعثوا راسه الى الحجاج
وشقوا قلبه فوجدوه صلبا مجتمعا كانه
صخرة ۞

قال ثم اختلف الازارقه علي قطري
ابن الفجاه وفارقه معظمهم واقتتلوا فيما
بينهم وقصدهم المهلب بن ابي صفره وقاتلهم
قتالا شديدا فقتل من الخوارج اربعة
الف وجرح خلقا كثيرا وانهزم قطري
الي طبرستان فلكها الاصهبد الجوسي
فساله الاذن في الدخول الى البلد
باصحابه فاذن لهم فدخلوا واقاموا
مدة فصلحت احوالهم فبعث قطري الي
الاصهبد فطلب منه ان يسلم او يودي
الجزية فامتنع فقاتله بمن معه فانهزم
الاصهبد الي الري واستصرخ بالمسلمين
وعرفهم مواضع التي بها توخذ طبرستان
فساروا اليها فقاتلهم قطري بمن معه فقتل
قطري واستوصل اصحابه قتلا واسري
وكان ذلك على يد المهلب بن ابي
صفره فولاه الحجاج خراسان ۞

قال وفي هذه السنة نقشت الدنانير
والدراهم بالعربية وكان عليها قبل
ذلك كتابة بالرومية وعلي الدراهم
بالفارسية واتخذ الحجاج دار الضرب
ونقش علي الدراهم الله صمد ولم يكن
عيارها جيدا فلما ولي عمر بن هبيره
العراق جود العيار ثم جوده بعده خالد
القرشي ثم يوسف بن عمر ثم جوده في ايامه

UNED

Haron Rasjidus, & Mamon filius ejus, nec non Wacicus. Erat autem pondus ſtaterum tempore Carsjæi triplex: unius ſpeciei decem ſtateres pendebant drachmas 10: alterius quinque: & tertiæ ſex. Percuſſi quoque in imperio Muſlimico ſunt ſtateres, quorum decem ponderarunt drachmas 7.

هرون الرشيد والمامون ولده والواثق وكان وزن الدرهم في ايام القرشي علي ثلاثة اضرب منها ضرب العشرة عشرة مثاقيل وضرب العشرة خمسة وضرب وزن العشرة ستة فضرب في الاسلام وزن العشرة سبع مثاقيل ۞

Cœpit 26 Febr. A.C. 700.

Anno 81 obiit Muhammed f. Hanifæ fel. m. Etſi è vulgo nonnulli credant eum in monte Radwa vivere, & certò aliquando appariturum, terramq; repleturum juſtitia, haud aliter ac iniquitate repleta eſt. Atque hujus ſectæ fuit D. Hamiræus, dicens:

قال وفي سنة احدي وثمانين توفي محمد بن الحنيفه عليه السلام والكسابيه من الشيعة يعتقدون انه حي بجبل رضوي وانه لا بد ان يظهر ويملي الارض عدلا كما ملیت جورا وكان علي هذا المذهب السيد الحميري وهو القايل ۞

Muhammed f. Hanifæ moritur.

Quouſque, & uſq; quo, & quam diu,
O fili Sethi, tu vivus ſuſtentaberis?

حتي متي والي متي ومتي الدي *
يا ابن الوصي وانت حي ترزق *

At virum deinde convenit veracem, qui vanitatem hujus eum ſectæ edocuit.

الا انه اجتمع بالصادق وعرفه بطلان هذا المهذب ۞

Cœpit 15 Febr. A.C. 701.

Anno 82 egreſſus eſt Abdurrahman fil. Muhammedis filij Asjabi Kendæus contra Hagjagjum f. Ioſephi Tſekifæum. Dicitur autem Hagjagjus Abdurrahmanem f. Muhammedis præfeciſſe bello gerendo cum Zentilo rege Turcarum, & cum exercitu haud magno miſiſſe, ac deinde ad eum ſcripſiſſe, & hortatus eum eſſe ad illius oppugnationem; quin & ei præcepiſſe, ut in regionem illius penetraret: ſperãs fore ut periret: quia odio habebat eum. Verum Abdurrahman hoc reſcivit, & ſuis indicavit: dixitq; ijs Hagjagjum hoc unum intendere, ut Turcæ eos ſuperarent. Itaque unanimiter deponunt Hagjagjum, & juramẽtum fidelitatis præſtant Abdurrahmani f. Muhammedis: qui, pace cum Turcarũ rege facta, reverſus eſt in Iracam, bellum geſturus cum Hagjagjo, At hic, re cognita, ſcripſit ad Abdulmelicum, opem ab eo petens: & is ei ſuccurrit cũ magno exercitu ex Syria: cum quo & Hagjagjus abiit Keſram. & occurrit prima acies Hagjagji primæ aciei Abdurrahmanis: ſed Hagjagji militib. in fugã verſis, Abdurrahman cũ copijs ſuis Baſrã contendit, ac ingreditur; cujus pleriq; cives Abdulmelico fil. Merwanis imperium abrogant, Abdurrahmani juramentum fidelitatis præſtant, in latus alterũ Baſræ concedunt, & foſſa ſeſe muniunt, atq; acerrimè pugnant. Hinc Abdurrahmã Cufam venit; cujus cives ei occurrerunt & fidelitatem quoq; jurarunt. Deinde commiſſum eſt prælium illud quod vocatur Prælium cyathorum.

Abdurrahman.

Zentilus rex Turcarum.

Prælium.

Deſerunt Abdulmelicum cives Baſræ,

& Cufæ.

Prælium.

قال وفي سنة اثنتين وثمانين خرج عبد الرحمن بن محمد بن الاشعث الكندي علي الحجاج بن يوسف الثقفي * قبل ولي الحجاج عبد الرحمن بن محمد قتال رتبيل ملك الترك وبعثه بجيش غير كثيف ثم كتب اليه مستحثه علي قتاله ويامره بان يوغل في بلاده رجاء ان يهلك لانه كان له مبغضا ففهم عبد الرحمن ذلك واعلم به من معه وخبرهم ان الحجاج انما يقصد استيلاء الترك عليهم فاتفقوا علي خلعه وبايعوا عبد الرحمن بن محمد فصالح عبد الرحمن ملك الترك وعاد الي العراق يحرب الحجاج فبلغه ذلك وكتب الي عبد الملك يستمده فامده بجيش كثيف من الشام وسار بهم الحجاج الي كسر فالتقت مقدمة الحجاج مقدمة عبد الرحمن فانهزم اصحاب الحجاج ومضي عبد الرحمن بجيوشه الي البصرة فدخلها وخلع بعض اهل البصرة عبد الملك بن مروان وبايعوا عبد الرحمن وانحازوا الي احد جانبي البصره وخندقوا علي انفسهم واقتتلوا قتالا شديدا ثم اتي عبد الرحمن الكوفه فتلقاه اهلها وبايعوه ثم كانت الوقعة المعروفه بوقعة الجاجم وذلك ان

الحجاج نزل موضعا يقال له دير قرة
ونزل عبد الرحمن مكانا يقال له دير
الجماجم وكانت عدة اصحاب عبد
الرحمن ماية الف منهم امرا البصرة وهم
الحسن البصري وسعيد بن حسين
ونادي بن ابي ليلي وانما صار هولاء
مع الاشعث بغضا للحجاج لما خبر من
سفك الدماء وظلم الناس وجاءت امداد
الشام الى الحجاج واتصل الحرب بين
الفريقين ماية يوم وكان فيها احدي
وثمانون وقعة ثم هزم الحجاج عبد الرحمن
بن الاشعث واصحابه وقتل منهم اربعة
الف رجل ومضي عبد الرحمن منهزما
في اصحابه الي سجستان وبها عامل الحجاج
فقبض علي عبد الرحمن ليبعثه الي الحجاج
فعلم رتبيل ملك الترك بذلك فقصد
سجستان فحاصرها فسلم اليه عبد الرحمن
واخذه واكرمه فاقام عنده واجتمعت
اصحابه من كل جانب فصار معه
عبد الرحمن ستون الفا فخرج اليهم يزيد
بن المهلب بن ابي صفرة فقاتلهم وظفر
بهم واسر منهم جماعة وانهزم الباقون
وبعث يزيد بالاسري الي الحجاج ومنهم
الشعبي فعفا الحجاج عنه واما ابن
الاشعث فانه هلك واختلف في
كيفية هلاكه اختلافا كثيرا
واشهر ما قيل انه قبض واراد وا المضي
به الي الحجاج فرمي بنفسه قبل ان يصل
اليه من سطح مرتفع فمات وفي ذلك قال
بن دريد ۞

وابن الاشعث الغل فاد بنفسه الى
الردا حدار سمات العري *

قال وفي هذه السنة توفا المهلب بن ابي
صفرة وكان عاملا للحجاج علي خراسان
فولي الحجاج ولده يزيد بن المهلب ثم
عزله وولاها اخاه الفضل بن المهلب ۞

قال وفي سنة ست وثمانين توفا عبد
العزيز بن مروان بمصر وكان ولي عهده
اخيه عبد الملك وامير مصر من قبله
وهو الذي بنا الدار المذهبة المعروفة
بسوق الحمام وكانت مدة ولايته على

Fixerat enim Hagjagjus caſtra in loco dicto Monaſterio frigoris, Abdurrahman verò in loco vocato Monaſterio cyathorũ. Ac numerus quidem militum Abdurrahmanis centum erat millium: in quib. primarij aliquot viri Baſræi, ſc. Haſenus Baſræus, & Saïdus f. Huſeini, nec non Nadius f. Abuleilis: qui Asjabo ſe adjunxerunt odio Hagjagji, ex eo concepto, quod ſanguinem effundere, hominesque opprimere narraretur. Ad Hagjagjum autem Syriæ venerũt auxilia. Et continuum inter hos exercitus bellum extitit centum dierum, quibus 81 commiſſa ſunt prælia. Tandem Hagjagjus in fugam vertit Prælia. *Abdurrahmanem, & milites ejus, quorum millia quatuor cæcîdit. Abdurrahman autem fugitivus cum ſuis abÿit Sahanam, ubi* Abdurrahman fugit. *Hagjagjus ſuum habebat Præfectum, qui Abdurrahmanem præhendit, miſſurus eum ad* capitur, *Hagjagjum. Sed ea de re certior factus Zentilus Turcarum Rex, Sahanam contendit, eamq; obſedit, donec traditus ei eſt Abdurrahman, quem accepit, & honoravit. Cum* liberatur *autem is apud illum ſubſiſteret, undiq; convenerunt milites ejus, ita ut cum eo eſſent ſexaginta millia. Sed contra hos egreſſus eſt Iezidus f. Mahlebi f. Abuſafræ, eoſque oppugnavit, & vicit; ac multi ex ÿs ſunt capti,* à Iezido oppugnatur, *& reliqui ſeſe fugæ mandarunt. Miſit autem Iezidus captivos ad Hagjagjum, atq; inter eos erat Sjaabæus, cui Hagjagjus pepercit. Filius a. Asjabi perÿt. ſed quomodo perierit,* & perit, *valde eſt controverſum: communiter tamen dicitur captus eſſe, cumq; adducere ad Hagjagjum eum vellent, antequã ad eum perveniret, ex alto tecto præcipitẽ ſe dediſſe, & ſic obiiſſe: qua de re filius Daridi ſic ſcribit:*

Filium Asjabi juvit ſe interfeciſſe, in veſte, metu opprobrij nuditatis.

Eodem anno obÿt Mahlebus f. Abuſafræ, Mahlebi mors, *qui nomine Hagjagji Præfectus fuerat Choraſanæ, cui Hagjagjus mox præfecit filium ejus Iezidum f. Mahlebi: at hoc deinde depoſito, præfecit ei fratrem ejus Fadlum filium Mahlebi.*

Anno 86 obÿt Abdulazizus f. Merwanis Cœpit 2 Ianuarij. A.C. 705. *in Aegypto, qui Socius fœderis fratris ſui Abdulmelici fuerat, & ante eum Imperator* Abdulazizus moritur. *Aegypti. Hic extruxit domum deauratam, quæ Forum columbarum appellatur. Præfuit autem*

autem Aegypto annos viginti, menſes decem & aliquot dies. Mortuo Abdulazizo conſtituit Abdulmelicus filius Merwanis Socium ſuum fœderis filium ſuum Walidem filium Abduimelici. Aegypto autem præfecit filium ſuum Abdallam filium Abdul-

Abdulmelici mors

melici, qui præfuit ei donec Abdulmelicus obÿt; quod contigit medio menſe Sjewalo. ac ſepultus eſt Damaſci, extra portam par-

Imperium

vam. Imperavit annos 21, & dies 15. quinque nempe annos, ſeptem menſes, & 17 dies, ante cædem filÿ Zubeiri; reliquos au-

Aetas

tem poſt mortem ejus. Annos natus fuit ſexaginta, etſi ſint qui dicant 57. Oravit

Forma

pro eo Walid. f. Abdulmelici Quod ad formam ejus attinet. ſtatura fuit mediocri,

Natura

candidus, ore magno & hiante, ac dentibus intricatis. Quod vero ad naturam. avarus valde fuit, & cognominatus ſudor lapidis, *boni conſilÿ, & magnæ prudentiæ, neque concedens alÿ quod ſui erat muneris.*

Somnium

Dicitur in ſomno ſibi viſus fuiſſe quater in primario templi loco meiere, atque ea de re triſtis profectus eſſe ad Saïdum fil. Muſabbibi, qui dixit ei, quatuor ex filÿs ejus imperaturos eſſe. Et quatuor quoque ex filÿs ejus imperium tenuerunt, Walid nempe, Suleiman, Ieẓidus, & Hiſjamus. Habuit autem liberos multos. Scriba ejus fuit

Liberi

Ruhus filÿ Ribaï, deinde Cabidas filius

Officiales

Dawibi, & alÿ; Iudex Filius Idriſi Hulvanæus, & Abdalla filius Caiſi, Ianitor Ioſephus ſervus ejus, & alÿ. Symbolum ſigilli

Symbolum

ejus. Credo in Deum Salvatorem noſtrum. *Chalifatum obtinuit annos unum & viginti, & dies quindecim, quorum primus fuit Mercurÿ, & ultimus Iovis, elapſis annis Hegiræ octoginta quinque, & diebus ducentis octoginta uno, id eſt, annis ſolaribus mundi ſex mille centum & nonaginta ſeptem, & diebus uno & quadraginta.*

Res Chriſtianæ.

Quod autem ad ea attinet quæ Chriſtianorum Hiſtoriæ dicunt accidiſſe imperante Abdulmelico filio Merwanis, felicis memoriæ: conſtituerunt Chriſtiani Iacobitæ Patriarcham Alexandrinum, anno Hegiræ ſexageſimo ſexto, quendam Ishacum, ſeu Aegyptiacè Isacum, qui, ut annos duos ſedit & 11 menſes, obÿt, die 2 menſis Haturi.

مصر عشرين سنة وعشرة اشهر وايام ولما
توفا عبد العزيز جعل عبد الملك بن
مروان ولايه عهده لولده الوليد ابن عبد
الملك وولي مصر ولده عبد الله بن عبد
الملك ولم يزل واليا عليها الي ان توفا عبد
الملك بن مروان في النصف من شوال
ودفن في دمشق خارج باب الصغير
وكانت مدة ولايته احدي وعشرين
سنه وخمسة عشر يوما منها خمس سنين
وسبعة اشهر وسبعة عشر يوما قبل قتل
ابن الزبير وباقيها بعد قتله وكان عمره
ستين سنة وقيل سبعة وخمسين وصلي عليه
الوليد بن عبد الملك * قال وصفته انه
كان ربعة ابيض افوه مفتوح الفم
مستك الاسنان وسيرته كان بخيلا
الي الغاية فكان يلقب برشح الحجر
حازما في رايه شديد التدبير لا يكل امره
الي غيره ويقال انه راي في منامه كانه
بال في المحراب اربع مرات فعبر دلك
فتوجه الي سعيد بن المسيب فقال له
ان يملك من اولاده اربعه * قال وولي
الخلافة من اولاده اربعة الوليد وسليمان
ويزيد وهشام وكان له اولاد كثيرة
كاتبه روح بن زيباع ثم قبيضه بن
دويب وغيرها قاضيه ابن ادريس
الحلواني وعبد الله بن قيس حاجبه
يوسف مولاه وغيره * نقش خاتمه امنت
بالله مخلصا * مدة خلافته احدي
وعشرين سنه وخمسة عشر يوما اولها
يوم الاربعا واخرها يوم الخميس لتمه
خمس وثمانين سنه ومايتي احد وثمانين
يوما للهجرة وذلك لتمام ستة الف ومايه
سبع وتسعين سنة واحد واربعين يوما
شمسية للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصاري من
الحوادث في خلافة عبد الملك بن مروان
رحمه الله تعالي جعل النصاري البعاقبه
بطركا علي الاسكندرية في السنة
السادسة والستين للهجرة واسمه اسحق
وبالقبطي ايساك وفي سيرته اقام سنتين
واحد عشر شهرا ومات في ثاني هتور

sunt tamen qui dicunt eum tres annos sedisse, atque instituisse ne Patriarcha proponeretur nisi die solis. (nec desunt qui propositum eum fuisse tradunt, anno decimo octavo Iustiniani Regis Romanorum, imperante Abdulmelico fil. Merwanis.) Obiit autem Mort.
anno Hegiræ sexagesimo nono: & ejus loco Patriarcha Alexandrinus Iacobitarum factus est Simon Syrus, cujus tempore imperio Simon Syrus.
dimotus fuit Iustinianus Romanorum Imperator. sunt tamen qui Patriarcham eum factum esse dicunt anno vigesimo primo Iustiniani. Ajunt & eum mortuum suscitavisse; & veneno sublatum esse: combustum autem veneficum, qui venenum ei præbuit. Narrant quoque ter id eum illi bibendum dedisse post Eucharistiam, neque id ei nocuisse: at quarto, cum bibisset jejunus, mortuum esse. Venerat etiam ad eum Legatus Iustinianus
ex India, petens ut Indis ordinaret Episcopum & presbyteros: quod recusaverat, donec Aegypti Rex id ei præcepit: at tunc Indi Episcopum desiderant.
Legatus alium adijt, qui fecit ei quod petijt; quæ res magnas peperit turbas. Obiit autem die 24 Abibi, anno Diocletiani 416, imperante scilicet Abdulmelico fil. Merwanis. Scripsit quoque Simon Iuliano Patriarchæ Antiocheno synodicam de fide. Post eum sedes vacua fuit Patriarchâ annos tres. Leo autem Romanorum Imperator obiit Leo Imperator.
anno Hegiræ septuagesimo octavo, & post eum Romanos per septem annos rexit Tyberius. Tiberius

Anno octuagesimo primo factus est Patriarcha Alexandrinus Iacobitarum quidam nomine Alexander, die festo Marci Euangelistæ, qui trigesimus erat Barmudæ, anno Diocletiani 420. (Dicitur quoque propositus anno tertio Anastasij Imperatoris Romanorum.) Patriarchatum obtinuit viginti annos & dimidium: nec desunt qui dicunt annos viginti quinque. Obiitque die septimo Amsjiri. Contigerunt tempore ejus angustiæ magnæ, atque ipse dies toleravit difficiles, & amaros: quin & bis tributum ab eo exactum fuit, & singulis quidem vicibus trium aureorum millium. Præfecerat autem Abdulmelicus fil. Merwanis fratrem suum Abdulazizum Aegypto, qui recensuit Monachos, & tributum ab ijs accepit, Alexander Patriarcha. 81
Abdulazizus præfectus Aegypti.
à singulis

وقيل انه اقام ثلاث سنين وانه قرر ان لا يقدم بطرك الا يوم الاحد وقيل انه قدم في السنة الثامنة عشرة ليوسطنيان ملك الروم وذلك في خلافة عبد الملك بن مروان وتوفا البطرك ايساك في السنة التاسعة والستين للهجرة وقدم عوضه سيون السرياني بطركا على الاسكندرية للبعاقبة وفي ايامه خلع يوسطنيانوس ملك الروم وقيل انه صير في السنة الحادية وعشرين ليسطنيانوس وقيل انه اقام الميت وانه مات مسموما واحرق الساحر الذي سمه وذكر انه سقي ثلاثة دفوع بعد القربان ولم يضره فسقي الرابع وهو صايم فمات وكان قد وصل اليه رسول من الهند يطلب منه ان يقدم لهم اسقفا وقسوسا فامتنع من ذلك الى ان يامره ملك مصر فمضي الرسول الى غيره فعمل له مطلوبه وجرت امور صعبه بسبب ذلك وتوفي في الرابع والعشرين من ابيب سنه اثني عشر واربعماية لدقلاديانوس في خلافة عبد الملك بن مروان * قال وكتب سنوديقا الى يوليانوس بطرك انطاكيه بالامانه * قال وخلا الكرسي بعده ثلث سنين بغير بطرك * قال ومات لاون ملك الروم في سنة ثمان وسبعين للهجرة وملك بعده طيباريوس على الروم سبع سنين ۞

وفي سنة احدي ثمانين صير للنصاري البعاقبه بطرك على الاسكندرية اسمه الاسكندروس في يوم عيد مرقص الانجيلي ثلاثين من برمودة سنة اربع ماية وعشرين لدقلاديانوس وقيل انه قدم في السنة الثالثة من ملك انسطاس ملك الروم وكان مدة بطركيته عشرين سنة ونصف وقيل خمسة وعشرين وتوفي في سابع امشير وكان في ايامه شدايد عظيمة وقاسي اياما صعبة مرة وصودر دفعتين في كل دفعة ثلاثة الف دينار * قال وكان عبد الملك بن مروان ولي اخاه عبد العزيز مصر فاحصي الرهبان واخذ جوالهم من كل

à ſingulis ſcilicet aureum. Atque hoc primum tributum eſt quod penderunt Monachi. Habent autem vitæ Patriarcharum Abdulazizum fil. Merwanis ingreſſum templum monaſterij Hulwanenſis, vidiſſe figuram Dominæ habentis Dominum Chriſtum in ulnis ſuis, & ſpuiſſe in eos: atque ea nocte in ſomno ſuo vidiſſe Dominum Chriſtum jubentem ut occideretur, ſeq; ilico lancea in latere ſuo transfoſſum; indeq; mox experrectum valde fuiſſe conſternatum, & exſpiraviſſe, eadem nocte. Obijtq; filius ejus poſt 40 dies. Deinde præfecit Abdulmelicus Aegypto filium ſuum Abdallam, qui deceſſoribus etiam ſuis fuit odioſior, & poſt biennij imperium obijt. Mortuo autem Abdulmelico fil. Merwanis ſucceſſit ei fil. ſuus Walid: hic Aegypto præfecit Corrahum fil. Sjerici, qui ut in eam venit, durior etiam illis fuit: at & is deinde obijt: & tribus poſt eum menſibus vita quoque exceſſit Walid, & Chalifatum adeptus eſt Suleiman f. Abdulmelici, qui Aegypto præfecit Aſamam. hic poſtquam eam ingreſſus eſt, pejus etiam fecit anteceſſoribus ſuis, juſſitq; duces interficere plebem, & facultates ejus ad ſe tranſtulit: quin & ducibus ſcripſit, Trado vobis animas hominum, corradite quantum poteſtis opum. Et juſſis adeſſe Monachis ſignavit eos in manibus eorum annulo ferreo, ſingulos (inquam) nota circulari, & die. Cumq; (deinde) quiſpiam compareret non ſignatus, amputata eſt manus ejus. Negq; dici poteſt numerus eorum quos ita deformavit. Deinde ſcripſit ut quicunq; ex cæteris hominibus comperirentur aſcendere, aut deſcendere, neque penes ſe haberent diploma liberi itineris ab ijs ſumerentur 10 aurei, ita ut vidua quædam habens filium cum accepiſſet ejuſmodi diploma, atque iterfaceret, filiumq; ejus qui cum ea erat, è flumine aquam bibentem crocodilus abripuiſſet, una cum diplomate, quod in ſinu ejus erat, & mulier plorans reverſa eſſet, miſertus ejus non ſit, & coacta fuerit mulier veſtes ſuas vendere, & mendicare, donec ſecundò perſolveret juſtum diplomatis pretium, decem videlicet aureos. Deinde miſit in monaſteria, ubi plurimos Monachos comperit ſigno carere, quorum alios decollavit, alios verberibus necavit. Res hæc cum invaleſceret, convenerunt homines ex omnibus nationibus & ſectis; atque orarunt Deum, & mortuus eſt Suleiman fil. Abdulmelici: ſucceſſitque ei Omar fil.

Ejus facinus & ſomnium.

Abdalla Præfectus Ægypti.

Corrahus.

Aſama & ejus tyrannis.

Suleimanis mors.

واحد دينارا وهذه اول جزية وضعها
الرهبان وورد سير البطارکه ان عبد
العزيز بن مروان دخل الي کنيسة بدير
حلوان فنظر الي صورة السيدة والسيد
المسيح في حضنها فبصق عليهما فراي
في منامه في تلک الليلة والسيد المسيح
قد امر بقتله فطعن في جنبه بحربة فانتبه
مرعوبا ومات في تلک الليله ومات ولده
بعد اربعين يوما فولي عبد الملک مصر
ابنه عبد الله وکان اشد بغضا ممن
تقدمه فاقام سنتين ومات ومات عبد
الملک بن مروان وولي بعده ابنه الوليد
فولي مصر قره بن شريک فلما وصل فعل
اشد من اولايک ثم مات قره وبعده بثلاثه
اشهر مات الوليد وتولي الخلافة سليمان
بن عبد الملک فولا سليمان اسامه مصر
فدخل اليها وفعل اشد ممن تقدمه
وکان يامر الولاة بقتل الرعية وحمل
اموالهم اليه ويکتب الي الولاة قد سلمت
اليکم انفس الناس فتحملوا ما تقدرون عليه
من الاموال واحضر الرهبان واوسمهم
علي ايديهم بحلقه حديد کل واحد
وسم دايرة وتاريخه فاذا ظهر غير المرسوم
قطعت يده ولم يحص عدد من شوه به *
ثم کتب ان کمن وجد طالعا او نازلا من
ساير الناس ولم يکن بيده منشور يوخذ
منه عشرة دنانير حتي ان امراة ارملة ولها
ولد اخذت منشورا وسافرت وکان ابنها
معها وهو علي البحر يشرب ماء فاخذه
التمساح والمنشور في جيبه فعادت وهي
باکية فلم ترحم واعتقلت حتي باعت
ثيابها وتصدقت وغرمت حق المنشور
ثانيا عشرة دنانير * ثم سير الي الديارات
فوجد جماعة من الرهبان بغير وسم فضرب
ارقاب بعضهم والبعض مات تحت الضرب
ولما اشتد هذا الامر اجتمعت الناس من
کل الطوايف والمذاهب فصلوا الي الله
فمات سليمان بن عبد الملک وملک بعده عمر

بن عبد العزيز فانفذ الى مصر وقبض
علي اسامه وجعل في حلقه طوق حديد
وخشبة في يديه ورجليه وحملوه فمات في
الطريق تحت العقوبه وبعد ذلك مات
عمر بن عبد العزيز وملك بعده يزيد بن
عبد الملك فكسر الصلبان وهدم
الكنايس ومات وولي بعده هشام
وكان يخاف الله فكتب الى مصر
بان يحروا النصاري علي عوايدهم وما
بايديهم من العهد وولي مصر عبد الله
ويسمي عبد الله بن صفوان واوصاه علي
النصاري والرعايا فلما وصل الي مصر ظلم
اشد ممن تقدمه واضعف الخراج وامر
ان يحصي الناس والبهايم وجعل على
النصاري وسم علامة صور اسد وكان
يوجد ولبس علي يديه الوسم تقطع يداه
فبلغ هشام ذلك فعزله وولاه افريقيه
فمضي اليها وفعل افعاله بمصر فقاموا
عليه وقتلوا ابنه وشقوا فواده واخرجوا
مصارينه وضربوا بها راس ابيه وجرت
عليه شدايد عظيمة * ومات طبباريوس
ملك الروم في سنة ست وثمانين
للهجرة وملك بعده يسطينبانوس ☼

fil. Abdulazizi : qui in Aegyptum misit, prehenditque Asamam, & collo ejus injecit torquem ferreum, manibus autem & pedibus compedes ligneas : atque ita cum portaretur sub tormento in via obiit. Et postea obiit quoque Omar f. Abdulazizi, cui successit Iezidus f. Abdulmelici : qui cruces fregit, & templa diruit. Atque hic ut vita excessit, principatum obtinuit Hisjamus : qui cum Deum timeret, scripsit in Aegyptum, ut libertati suæ relinquerentur Christiani, in ritibus suis, & ijs quæ habebant fœderibus misitq; in Aegyptum Abdallam, qui Abdalla f. Safwani vocabatur : & commendavit ei Christianos, ac subditos. At hic ut in Aegyptum venit, tyrannide etiam antecessores suos superavit; & duplicavit tributum, jussitq; numerari homines & bestias : & signavit Christianos nota quadam, figura scilicet leonis : ita ut quicunque invenirentur neq; notam illam in manibus suis haberent, eorum manus amputarentur. Hoc postquam rescivit Hisjamus, imperio eum dimovit, atque Africæ præfecit : ubi cum eodem modo, quo in Aegypto fecerat, sese gereret, insurrexerunt contra eum, atque occiderunt filium ejus, cujus & cor fiderunt, & educta intestina in parentis caput conjecerunt, ita ut afflictiones magnæ ei contigerint. Obiit quoque Tiberius Romanorum Imperator anno 86 Hegiræ, & successit ei Iustinianus.

Asamæ interitus.

Abdallæ tyrannis.

& depositio.

Tiberius Iustinianus.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

الثالث عشر وهو سادس بني امية
الوليد بن عبد الملك بن مروان
بن الحكم *

يقال ابا العباس وامه ولادة
ويكنا ابنة العباس العبسية بويع
له بالخلافة يوم توفا
ابوه وفي ايامه الفتوحات الكثيرة
وغزا اخوه مسلمه بن عبد الملك ارض
الروم وسبي سبيا كثيرا وغزا قتيبه بن
مسلمه ارض بيكند وما وراء النهر
وحاصر بخارا ودخل الى الصغد
وفرغانه والبغراس فاجتمعت عليه الترك
فقاتلهم المسلمون وفتحوا مدينتهم العظمي

Decimus tertius Chalifa, & sextus ex filijs Ommiæ VValid, f. Abdulmelici, f. Merwanis, f. Hakemi.

Hic cognominatus fuit Abulabbas, & matrem habuit Welladam f. Abbasi, Abbasæam. Creatus est Chalifa eo die quo obiit pater ejus. Hujus tempore magnæ reportatæ sunt victoriæ. Et frater ejus Muslimas f. Abdulmelici Terram oppugnavit Romanorum, & multos abduxit captivos. Catibas autē f. Muslimæ oppugnavit terram Baikendæ & Mauranaharam, ac obsedit Bocharam, & occupavit Sogdam, Farganam, & Bagrasam. cumq; contra eum convenissent Turcæ, Muslimi eos oppugnarunt, & ceperunt eorū civitatem maximam

Fœlix rerum Saracenicarum successus.

& victoriæ

& magnas in ijs opes ſunt prædati. Catibas a. f. Muſlimæ pacem fecit cum rege Chouarazmæ, & extruxit in ea templum cathedrale, inq́ eo ſuggeſtum poſuit, è quo concionatus eſt die Veneris, & oravit cum Muſlimis. juſsisq́ adferri ad ſe idolis, ea combuſſit. affixa a. erant clavis aureis, qui pendebant 50 mille drachmas. & pacem cum ijs inijt, ea conditione, ut in ſingulos annos ei numerarent bis millies mille aureos. Deinde abijt Samarcandã eamq́ oppugnavit, & cepit. Muhammed a. f. Caſimi Tſekifæus Indiã occupavit; & terram Sindiæ oppugnavit, cujus rex erat Daharus, quem oppugnatum Muſlimi interfecerũt, & capite truncarunt.

Samarcanda India.

Delubrum Damaſcenum extruitur.

Eodem anno juſsit Walid ædificari delubrum Damaſcenũ, & deſtrui templum Chriſtianorum, quod ad latus erat templi, & conſecratum D. Iohanni. Dicitur a. Chriſtianis pro eo obtuliſſe 40 mille aureos, quam cũ illi pecuniam accipere nollent, cepit illud, atque deſtruxit, nec quidquam ijs dedit. Perhibentur a. in extruendo illo delubro occupati fuiſſe 12 mille latomi. At obijt Walid antequam ſtructura ejus eſſet abſoluta: & finis ei impoſitus eſt tempore Suleimanis fratris ejus.

Ejus magnificentia.

Dicuntur in ſtructuram ejus erogatæ eſſe quadringentæ ciſtæ, quarum ſingulæ continuerunt 14 mille aureos. Erant in eo ſexcentæ catenæ aureæ lampadum, præ quarum ſplendore homines orare non poterant: at hæ fumo deinde denigratæ ſunt; & manſerunt ad tempora uſque Omaris f. Abdulazizi, qui juſsit eas recondi in ærarium, & pro ijs ſubſtitui catenas ferreas. Inveni, ait Hiſtoricus, in hiſtoria quadam, cum foderentur fundamenta delubri Damaſceni, inventam fuiſſe rem quandam pulchrã, cui inſculptum erat.

Cum mundus hic productus ſit, neque productionis ejus ulla ei inſint veſtigia, hoc ſignum eſt, eum habere auctorem, cui nemo ſimilis eſt, quemque celebrare, colere, & adorare oportet. Aedificavit hoc templum Muhibbul-chairus, (id eſt, AMANS BONI) anno quarto annorum Vſtuwanæ. Intranti autem ſi viſum eſt ædificatoris ejus meminiſſe apud creatorem ejus, id faciat. Vale.

ونهبوا المسلمون منها اموالا جزيلة
وصالح قتيبه بن مسلم ملك خوارزم
وابتني بها مسجدا جامعا ووضع فيه
منبرا وخطب فيه يوم الجمعة وصلي فيه
بالمسلمين واحضر الاصنام فحرقها
وكانت مسمرة بمسامير ذهب وزنها
خمسين الف مثقال وصالحهم علي الفي
الف دينار في كل عام ثم مضي الي سمرقند
فحاصرها وفتحها وفتح محمد بن القاسم
الثقفي الهند وغزا ارض السند وملكها
داهر فقاتله المسلمون فقتل داهر واخذ
المسلمون راسه ۞

وفي هذه السنة امر الوليد ببناء جامعة
دمشق وهدم كنيسة النصاري التي
كانت الي جانب الجامع وتعرف
بمار يوحنا وزادها فيه وقيل انه بذل
للنصاري فيها باربعين الف دينار فلم
يريدوا ان ياخذوا المال فاخذها فاخربها
ولم يعطهم شيا * وقيل انه كان في الجامع
يبني اثنا عشر الف مرخم قال وتوفا
الوليد ولم يتم بناوه وكان الفراغ منه
في ايام سليمان اخيه قبل ان جملة ما
انفق عليه اربع ماية صندوف في كل
صندوق اربعة عشر الف دينار وكان
فيها ستماية سلسلة ذهب للقناديل ولم
يطق الناس للصلاه لكثرة شعاعها
فدخنت حتي اسودت ومازالت الي ايام
عمر بن عبد العزيز الذي امر ان تجعل
في بيت المال وتجعل عوضها سلاسل من
حديد * قال المورخ وجدت في بعض
التواريخ انه لما حفر اساس الجامع
بدمشق وجد تحفة مكتوب عليها *

لما كان العالم محدثا ولا اثار
الحدث فيه علم ان له صانعا ليس
كهي فوجب تعظيمه وعبادته
والسجود له * بني هذا الهيكل
محب الخير لاربع سنين خلت
من سني الاسطوانه * فان راي
الداخل اليه ذكر بانيه
عند باريه فيفعل
والسلام ۞

Anno

Anno nonagesimo Præfecit Walid f. Abdulmelici Aegypto Corrahum f. Sjerici, qui manifestè fuit impius. Constat eum ingressum templum cathedrale Mitsræ cum cynedis, & lusoribus, quin & cum ijs presbyterum subsellia occupasse, etiam cum preces fierent. Cœpit 19 Novembr. A.C.708.

Anno nonagesimo tertio expugnavit Taricus Hispaniam, & Toletum: attulitq; ad Walidem f. Abdulmelici mensam Salomonis filij Davidis, ex auro factam atque argento, & tres habentem limbos ex margaritis. Cœpit 19 Octobris A.C.711. Mensa Salomonis.

medinat-almaida, civitas munitæ diuturnæ, ubi inventa sunt quæ tunc temporis plurimum erudiunt, sic λογον συλλαβαι καλουμεν.

Anno nonagesimo quarto magnus fuit terræ motus Antiochiæ, duravitq; dies 40, ita ut urbem dirueret. Cœpit 7 Octobris A.C.712. Terræ motus.

Eodem anno obijt Zainulabidinus f. Huseini f. Alis, filij Abutalibis; qui religiosus fuit, pius, devotus, & multi cultus. constat enim pensum ejus singulis diebus fuisse mille ingeniculationes; vocatusque est Orator, ob multitudinem orationum suarum. Liberos reliquit Zeidum, & Muhammedem Abugjafarem, felicis memoriæ. Zainalabidinus moritur.

Anno nonagesimo quinto vita excessit Hagjagjus filius Iosephi Tsekifæus. (Non desunt tamen qui dicant eum anno nonagesimo quarto obijsse.) Natus autem erat anno quadragesimo primo, ita ut annos habuerit quinquaginta quatuor. Præfuit Iracæ viginti annos; obijtq; mense Ramadano. Dicitur autem crudeliter occidisse centum & viginti mille homines, exceptis ijs quos in bellis interfecit. & in carcere ejus extincta sunt quinquaginta virorum, & triginta mulierum millia. Octoginta autem millia dicitur plenus occidisse. Sed transijt dominium ejus, ac si non fuisset. & felix est qui facit bonum. Cœpit 26 Septemb. A.C. 713. Hagjagji mors. crudelitas.

Eodem anno Walid f. Abdulmelici Damasco ejecit Alim filium Abdallæ, filij Abbasi, eumq; Homaimæ considere jussit, ubi viginti amplius liberos genuit mares, neque gignere destitit, donec nobilitas eorum exorta est, inclinata nobilitate filiorum Ommiæ. Quin & Walid hunc Alim fil. Abdallæ septuaginta cæcidit plagis, propterea quod in animo habuisset occidere Salitum cognominatum à patre ejus Abdalla f. Abbasi. Walid Damasco ejicit Alim.

قال وفي سنة تسعين ولا الوليد بن عبد الملك مصر قره بن شريك وكان فاسقا مشهورا فروي انه كان دخل المسجد الجامع بمصر ومعه المخانثة واللعب ويدخل بهم المقصورة واذا راح الصلاة ۞

وفي سنة ثلث وتسعين فتح طارق الاندلس وطليطله وحمل الى الوليد بن عبد الملك مايده سليمان بن داود وهي من خلطين ذهب وفضة وعليها ثلاثة اطواق من لولو ۞

قال وفي سنة اربع وتسعين كانت زلزلة عظيمة بانطاقية فبقيت اربعين يوما حتي هدمتها ۞

وفي هذه السنة توفا زين العابدين بن الحسين بن علي بن ابي طالب وكان زاهدا عابدا ورعا كثير العبادة روي انه كان ورده في كل ليلة الف ركعة وكان يسمي السجاد لكثرة سجوده وخلف من الولد زيدا وابا جعفر محمدا عليهما السلام ۞

قال وفي سنة خمس وتسعين توفا الحجاج بن يوسف الثقفي وقيل توفي سنة اربع وتسعين وكان مولده سنة احدي واربعين فكان عمره اربع وخمسين سنة وكان مدة امرته علي العراق عشرين سنة وكانت وفاته في شهر رمضان وقيل ان عدة من قتله صبرا ماية الف وعشرين الفا سوي من قتله في الحروب وفي محبسه مات خمسون الف رجل وثلثون الف امراة وقيل انه قتل في الهمة ثمانين الف رجل وزال ملكه كانه لم يكن فطوبا لمن عمل خيرا ۞

قال وفيها اخرج الوليد بن عبد الملك علي ابن عبد الله بن العباس من دمشق وانزله الحميمه وولد بها ذبيف وعشرين ولدا ذكرا ولم يزل ولده بالحميمه الي ان جاءت دولتهم وزالت دولة بني امية * قال ان الوليد ضرب علي بن عبد الله المذكور سبعين سوطا لانه اهتم بقتل سليط المنتسب الي ابنه عبد الله بن العباس ۞

Anno

Annus 96 cæpit 16 Sept. A.C. 714. Corrahus moritur.

Anno nonagesimo sexto Hegiræ vita excessit Corrahus filius Sjerici, Gubernator Aegypti nomine Walidis filij Abdulmelici, qui Misræ ædificavit Templum antiquum anno nonagesimo tertio. Mortuo autem Corraho præfectus est gubernationi Aegypti Abdulmelicus fil. Rifaæ, qui mansit ad obitum usque Walidis. Obijtque Walid filius Abdulmelici eodem anno, in medio Gjumadæ posterioris, ac sepultus est Damasci, in sepulcreto Portæ parvæ; cum imperasset annos 9, & menses 8, & natus esset annos 48. Erat autem valde procerus, fuscus, pulcher, simus, & in facie varorum habens vestigia. Eratque strenuus: & valde iracundus, ne ģiratus cohibere se poterat; multus in ducendis & dimittendis uxoribus, ita ut dicatur duxisse 63: multa expendens in uxores, & ædificia. Aedificavit delubrum Damascenum: & extruxit templum Prophetæ, eique mansiones quæ circum id sunt adjunxit, præfuitque ei Omar fil. Abdulazizi, qui nomine ejus Gubernator Medinæ erat. Primus fabricavit nosocomium languentibus, & xenodochium. Scriba ejus fuit Corrahus fil. Iezidi, deinde Cabidas fil. Dawibi, hinc Dahacus filius Zerici, post Iezidus filius Abubesbæ, tandem Abdalla filius Malaci. Ianitor ejus fuit Chalid servus ejus. Symbolum sigilli ejus, O Walid moriturus es & rationem redditurus. *Tempus imperij ejus cum æra sua anni 9 sunt, & dies 236, quorum primus fuit Veneris, & ultimus Sabbathi, elapsis annis Hegiræ nonaginta quinque, & diebus 163: annis autem solaribus mundi 6206, & diebus 79.*

Abdulmelicus f. Rifaæ. V Validis mors. Forma. Natura. Structuræ. Officiales. Symbolũ. Imperiũ.

قال وفي سنة ست وتسعين للهجرة توفا
قره بن شريك عامل الوليد بن عبد الملك
علي مصر وهو الذي بني الجامع العتيق
بمصر سنة ثلاث وتسعين ولما توفي قره ولي
الامر بمصر عبد الملك بن رفاعه ولم يزل
والبا الي ان توفي الوليد * قال وفي هذه
السنة توفي الوليد بن عبد الملك في نصف
جمادي الاخرة ودفن بدمشق بمقبرة باب
الصغير * وكانت ولايته تسع سنين
وثمانية اشهر وكان عمره ثمان واربعين
سنة * قال وكان طوالا اسمر جميلا
افطس بوجهه اثر جدري * قال وكان
جبارا ذا سطوة شديدة ولا يتوقف اذا
غضب كثير النكاح والطلاق ويقال
انه تزوج ثلاث وستين امراة مغرما بالنسا
والعمارة * قبني جامع دمشق وشيد مسجد
النبي وادخل فيه المنازل التي حوله وكان
متولي ذلك عمر بن عبد العزيز وكان
عاملا للوليد علي المدينة وهو اول من بني
البمارستان للمرضي ودار الضيافه * كاتبه
قره بن يزيد ثم قبيضه بن دويب ثم الضحاك
بن زريك ثم يزيد بن ابي كسبه ثم عبد
الله بن ملاك حاجبه خالد مولاه * نقش
خاتمه يا وليد انت ميت ومحاسب *
مدة ولايته والتاريخ عليها تسع سنين
ومايتي ستة وثلاثين يوما اولها يوم الجمعة
واخرها يوم السبت لتمه خمس وتسعين
سنة ومايتين ثلاثة وستين يوما للهجرة
ولتمام ستة الف مايتي وست سنين ومايتين
تسعة وسبعين يوما شمسية للعالم ☼

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Decimus quartus Chalifa, & septimus ex filijs Ommiæ Suleiman, f. Abdulmelici, f. Merwanis, filij Hakemi.

الرابع عشر وهو سابع بني اميه سليمان
بن عبد الملك بن مروان
بن الحكم *

OGNOMINATVS *fuit Abiobius, & matrem habuit Welladam filiam Abbasi Abbasæam: Creatus est Chalifa eodem die quo obijt frater ejus Walid, in medio Gjumadij posterioris, anni 96 Hegiræ.*

96

ويكنا ابا ايوب وامه ولادة ابنة
العباس العبسية بويع له
بالخلافة يوم توفي اخوه
الوليد في نصف جمادي
الاخرة سنة ست وتسعين للهجرة *

Eodem hoc anno Catibas f. Muſlimi Gubernator Choraſanæ, Suleimani f. Abdulmelici imperium abrogavit, Choraſanos quoq; ad ejus depoſitionẽ invitans; ſed hi noluerũt: quin irruentes in eum, occiderunt eum, & ducem ſuper ſe conſtituerunt quendam nomine Wakium f. Abuſawidi. Deinde præfecit Choraſanæ Suleiman f. Abdulmelici Iezidum f. Mahlebi f. Abuſafræ, qui magnas obtinuit victorias, cepitq; Taberiſtanã, & Gjorgjanã, innumeros occidens infideles, atq; ſpolians, & imponẽs reliquis tributum. Miſit quoque Suleiman f. Adbulmelici fratrem ſuũ Muſlimã f. Abdulmelici oppugnatum Romanos, qui cum ad Conſtantinopolin perveniſſet, ſubſtitit ibi donec ſereretur & meteretur. Eodem anno ſcripſit Aſamas f. Iezidi collector tributorum Aegypti ad Suleimanem f. Abdulmelici, atq; indicavit ei menſurã illam Nili, quæ Hulwani erat, collapſam eſſe: unde ille præcepit ut menſura extrueretur in inſula illa quæ eſt inter fluvium Fuſtatæ & fluvium Gjizæ: & extruxit eam anno 97: eaque menſura illa eſt qua hodie menſuratur.

Catibas rebellat.

Interficitur.

Iezidus fil. Mahlebi.

Ejus victoriæ.

Saraceni oppugnant Conſtantinopolin.

Menſura Nili.

Anno 98 occupavit Muſlima f. Abdulmelici civitatem Sacalibam, & ſe Gubernatorem ejus fecit. Eodem anno cœpit Suleiman ædificare Ramlam: & Iobum ſiliũ ſuum fœderis ſui ſocium conſtituit; ſed eo deinde mortuo, dignitatem illam conceſſit Omari f. Abdulazizi f. m. Obijt autem Suleiman f. Abdulmelici die 21 Safari, anno 99, Margjodabici, in ditione Kinnaſrinæ, domi Chabaris: & oravit pro eo filius patrui ejus Omar f. Abdulazizi, fœderis ejus ſocius. Imperavit annos 2, & menſes 8, minus 5 diebus, & natus fuit annos 45. Quod ad formam ejus attinet: procerus fuit, pulcher, candidus, gracili corpore, calcaneis ſuis nonnihil claudicans. Cum die quadam ſeſe vidiſſet in ſpeculo, atque gloriaretur, dicens, Ego ſum Rex juvenum; dixit ei una ex puellis ejus.

Annus 98 cœpit 24 Auguſti. A.C. 716.

Ramla ædificatur.

Suleimanis mors.

Forma.

Pulcherrimus eſſes, ſi permaneres:
Sed non eſt homini permanentia:
Neque ego novi in te vitium
Quod in homine eſt, niſi quod caducus eſt.

Vnde ille, depoſita tiara ſua, triſtatus eſt, & poſt paucos dies obijt. Quod naturam ejus attinet;

Natura.

وفي هذه السنة خلع قتيبه بن مسلم عامل
خراسان سليمان بن عبد الملك ودعا اهل
خراسان الي خلعه فامتنعوا عليه ثم وثبوا به
فقتلوه وامروا عليهم رجلا يقال له وكيع
بن ابي سويد ثم ولي سليمان بن عبد الملك
خراسان يزيد بن المهلب بن ابي صفره
ففتح فتوحات عظيمة منها طبرستان
وجرجان وقتل من المشركين ما لا يحصي
كثره وغنم اموالهم وقرر الجزية علي من
بقي منهم * وجهز سليمان اخاه مسلمة بن
عبد الملك الي غزو الروم فانتهي الي
قسطنطينيه واقام بها حتي زرع وحصد *
وفي هذه السنة كتب اسامه بن يزيد
الذي كان علي الخراج بمصر الي سليمان
بن عبد الملك يعلمه ان المقياس الذي
بحلوان بطل فامره ان يبني مقياسا في
الجزيره التي بين بحر الفسطاط وبحر
الجيزه فبناه في سنه سبع وتسعين وهو
المقياس الذي يقاس فيه اليوم ۞
وفي سنة ثمان وتسعين فتح مسلمة بن عبد
الملك مدينة الصقالبه واستولي عليها *
وفيها ابتدا سليمان ببناء الرمله * وجعل
ايوب بن سليمان ولي عهده فمات ابنه ايوب
فجعل ذلك الي عمر بن عبد العزيز رضي
الله عنه * قال وتوفي سليمان بن عبد الملك
لعشر بقين من صفر سنة تسع وتسعين
بمرج دابق من ارض قنسرين بدار الخبر
وصلي عليه بن عمه عمر بن عبد العزيز ولي
عهده فكانت ولايته سنتين وثمانية اشهر
الا خمسة ايام وكان عمره خمس واربعين
سنة * صفته كان طوالا جميلا ابيض قضيف
البدن بكعابه عرج يسيرا * قال انه
نظر يوما في المراة فاعجبته نفسه فقال انا
ملك الشباب فقالت جارية من جواريه *
انت نعم المتاع لو كنت تبقي *
ولكن لا بقاء للانسان *
فلبس فيما علمت فيك عيب *
كان في الناس غير انك فان *
فنزع عمامته واغتم ومات بعد ايام قلايل *
قال سيرته كان متوقفا عن سفك

attinet: cohibebat ſe ab effuſione ſanguinis, polygamus erat, & heluo, commedens ſingulis diebus circiter 100 libras. Adſciverat ſibi Abdallam Abulabbaſum filium Muhammedis, filij Alis, filij Abdallæ f. Abbaſi eumque honorabat. Profectus autem

Cauſa mortis ejus.

Iezidus in Palæſtinam miſit quendam, qui cum lacte veneno infecto in via ei ſederet, de quo cum bibiſſet, præſenſit mortem, atque ſecedens convenit Muhammedem filium Alis, filij Abdallæ, filij Abbaſi, eique ſignificavit Imperium perventurum eſſe ad filium ejus Abdallam, id eſt Saffahum: tradiditq; ei ſcripta vocationis, & edocuit cum quid faceret. Deinde obijt Homaimæ.

Officiales.

Scriba ejus fuit Iezidus fil. Mahlebi, deinde Fadlus f. Mahlebi, hinc Abdulazizus f. Hariti, f. Hakemis Iudex, Muhammed f. Harami: Ianitor, Abuabidus ſervus ejus. Symbolum ejus erat, Credo in Deum Salvatorem

Symbolū.

Imperium.

noſtrū. *Imperavit annos duos & dies 242, quorum primus fuit Solis, & ultimus Veneris: exactus annis Hegiræ 98, & diebus 303 annis verò ſolaribus mundi 6209 & diebus 34. Hujus tempore Romanorum Imperator erat Philippus, qui Maronita erat, atque imperavit duos annos & dimidium.*

Philippus Rom. Imp.

الدما نكاحا اكولا ياكل كل يوم نحو ماية رطل * وكان قدم عليه ابا العباس عبد الله بن محمد بن علي بن عبد الله بن العباس فاكرمه * وسار يزيد فلسطين فانفذ من جلس له علي الطريق بلبن مسموم فشرب منه فاحس بالموت فعدل واجتمع بمحمد بن علي بن عبد الله بن العباس واعلمه ان الامر وفي ولده عبد الله يعني السفاح واسلم اليه كتب الدعاة وعرفه بمايعمل ثم مات بالحميه * كاتبه يزيد بن المهلب ثم الفضل بن المهلب ثم عبد العزيز بن الحارث بن الحكم قاضيه محمد بن حرم حاجبه ابو عبيد مولاه نقش خاتمه امنت بالله مخلصا مدة ولايته سنتين ومايي واثنين اربعين يوما اولها يوم الاحد واخرها يوم الجمعة لتمام ثمان وتسعين سنة وخمسين يوما للهجرة ولتمام ستة الف ومايي وتسع سنين واربعة وثلثين يوما شمسية للعالم * وفي عصره كان فيلبس ملكا علي الروم وكان مارونيا وكان ملكه سنتين ونصف ۞

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

الخامس عشر وهو الثامن من بني اميه

Decimus quintus Chalifa, & octavus filiorum Ommiæ OMAR, f. Abdulazizi, f. Mervvanis, filij Hakemi.

عمر بن عبد العزيز بن مروان بن الحكم ۞

قال ابو جعفر الطبري رحمه الله هو ابو حفص عمر بن عبد العزيز بن مروان بن الحكم وامه ام عاصم بنت عمر بن الخطاب رضي الله عنه بويع له بالخلافه يوم توفي بن عمه سليمان بن عبد الملك لعشر خلون من صفر سنة تسعة وتسعين للهجرة من غير رغبه فيها * فلما اقصت الخلافة اليه رفع لعن علي عليه السلام وكانت ملوك بني اميه من لدن معويه يلعنونه علي المنابر عقيب كل خطبة وكان معويه بن ابي سفيان قد رجع في ذلك فقال

ESt *hic, (ait Abugjafar Tabarita,) Abuhafaſus Omar f. Abdulazizi, f. Merwanis, f Hakemi: & mater ejus Ommuaſimis filia Omaris, f. Alchittabi felicis memoriæ. Chalifatum adeptus eſt eodem die quo obijt filius patrui ejus Suleiman f. Abdulmelici, die nempe 20 menſis ſafari anni Higjræ 99, & quidem ſine vehementi ambitione. Chalifa autem factus, ſuſtulit maledictionem Alis, fel. mem. Solebant enim reges filiorum Ommiæ, inde à Muavia, ei maledicere, in ſuggeſtis, in fine omnium orationum ſuarum. Muavias autem f. Abuſofiani hoc prædixerat futurum, dicens: Per*

99

Omar tollit maledictionem Alis.

والله لا تركت لعنة علي حتي يكبر
عليه الصغير ويشيب عليه الكبير فاذا
ابدل قبل ترك السنة فابدل عمر بن عبد
العزيز رضي الله عنه اللعن بقراه الاية التي
اولها ان الله يامر بالعدل والاحسان
فخرج الناس من المسجد يقولون تركت
السنة تركت السنه وقيل انه كان يبعث
الغلات الي اهل البيت سرا خوفا من اهل
بيته * قال وفي هذه السنة ولي عمر بن
عبد العزيز مصر ايوب بن سرحبيل ۞
قال وفي سنة احدي وماية توفي عمر
بن عبد العزيز رضي الله عنه بحصاره
لست بقين من شهر رجب ودفن بدير
سمعان من ارض حمص والذي اشتهر
ان قبره بدير البقره من عمل معره النعمان
وكانت خلافته سنتين وخمسة اشهر
واربعة عشر يوما وكان عمره سبع وثلثين
سنة وصفته اسمر نحيف حسن الوجه
في وجهه سجة من دابة ضربته وكان
يسمي الاشج وسيرته الزهد والعدل
والعبادة الي النهاية كان موثرا دينه
علي دنياه وكان جده عمر بن الخطاب
رضي الله عنه يقول من ولدي رجل يملا
الارض عدلا وكانت سيرته مناقضة
لسيرة اهله ولاحرم انهم سموه وما امهلوه
ويقال انهم وجدوا له بيتا يقفل كان
يخلق بنفسه فيه فظنوا ان فيه متاعا ومالا
ففتحوه فلم يجدوا فيه الا دلقا كان
يلبسه وحبلا معلقا كان يتعلق به اذا
تعب من الصلاة كاتبه رجا بن يحيي
الكندي وابن ابي رقيه قاضيه عبد الله
بن سعيد الانسلي حاجبه حبس فراجا
مولياه نقش خاتمه عمر بن عبد العزيز
يومن بالله * وجدت في بعض النسخ
ان الشريف الموسوي رثاه كونه رفع
اللعن عن علي بن ابي طالب *

يا ابن عبد العزيز لو بكت العين
في بني امية بكيتك *
انت طهرتنا من السب والشتم فلو
امكن الفدا لفديتك *

Deum, non omittetur maledictio Alis, donec magnitudine eum ſuperet parvulus, & canicie adultus: cumque abolebitur, neglectio admittetur Legis. Abolevit itaque Omar filius Abdulazizi maledictionem illam, legendo verſum illum cujus initium eſt, Præcipit Deus juſtitiam & beneficentiam, *& egreſſi ſunt homines è templo dicentes, neglecta eſt Lex, neglecta eſt Lex. Dicitur quoq; clanculum domeſticis miſiſſe fruges, quod eos timeret. Eodem anno præfecit Omar filius Abdulazizi Aegypto Iobum filium Serhabilis.* Iobus gubernator Aegypti.

Anno autem 101 obiit Omar f. Abdulazizi felicis mem. Haſiræ, die 25 menſis regjebi & ſepultus eſt in Monaſterio Simeonis, ditionis Emeſſæ, etſi communis opinio ſit ſepulchrum ejus eſſe in Monaſterio vaccæ ditionis Maarannimanæ. Chalifatum tenuit annos duos, menſes quinq;, & dies quatuordecim: natus autem fuit annos 37. Quod ad formam ejus attinet, fuſcus fuit, macilentus, formoſus, in facie ſua habens veſtigium vulneris à beſtia ei inflicti, unde & Cicatrice notatus vocabatur. Quod ad naturam, valde fuit devotus, juſtus, & religioſus, præferens religionem ſuam rebus ſuis mundanis. Dixerat autem avus ejus Omar f. Alchittabi, felicis memoriæ, E filia mea naſcetur vir qui mundum implebit juſtitiâ. Natura ejus contraria erat naturæ populi ejus, neque vetuit ne ſe vocarent & moram non concederent. Dicuntur quoque inveniſſe domum ſeratam in quam ipſe ſolebat ſecedere, & putaviſſe opes & pecuniã in ea eſſe, eaque apertâ nihil inveniſſe præter penulam, quam ſolebat induere, & funem pendentem ad quem ſuſpenſum ſe tenere ſolitus erat cum defatigatus eſſet orando. Scriba ejus fuit Regjaus fil. Iahjæ, Kendæus, & filius Aburakiæ; Iudex, Abdalla fil. Saïdi Anſalæus, Ianitores Habas, & Regjaus, ſervi ejus, Symbolum Amarus filius Abdulazizi credit in Deum. *Inveni autem in ſcripto quodam Sjerifum Muſawium laudaviſſe eum quod abrogaverit maledictionem Alis filij Abutalibus, hiſce verbis.* Annus 101 cæpit 23 Iulij A.C. 719. Omaris obitus. Sepulchrũ. Forma. Natura. Devotio. Officiales. Symbolum.

O filij Abdulazizi, ſi fleviſſet oculus in filijs Ommiæ, ego defleviſſem te.
Tu mundaſti nos à blaſphemia, & maledictione: quin, ſi fieri potuiſſet, liberaſſem te.

Imperavit

Imperium. *Imperavit annos 2, & dies 252 quorum primus fuit Sabbathi, & ultimus Veneris, elapſis annis Hegiræ 100 & diebus 202, annis vero ſolaribus mundi 6211 & diebus 164.*

مدة ولايتة سنتين ومايتي اثنين وخمسين يوما. اولها يوم السبت واخرها يوم الجمعة لتمام ماية سنة ومايتي ويومين للهجرة وستة الف ومايتي واحد عشر سنة وماية اربعة وستين يوما للعالم شمسية ۞

Chriſtianorum lis cum Muſlimis de templo Damaſceno.

Narrant Chriſtianorum Hiſtoriæ ipſos inſtituiſſe querelam apud Omarem filium Abdulazizi, de templo S. Iohannis, quod deſtruxerat Walid, & adjunxerat delubro cathedrali Damaſceno, & attuliſſe libellum Chalidis filij Walidis, & pactum, quod templa eorum neque deſtruerentur, neque otioſa forent. Sed obtulit ijs Omar filius Abdulazizi quam obtulerat eis Walid pecuniam, quadraginta nempe aureorum millia: at illi noluerunt, & obtinuerunt per querelam ſuam, ut traderetur eis templum eorum, in limitibus ſuis. Hoc cum ægrè ferrent Muſlimi, dixit filius Idriſi Hulwanæus, fœdus illud de templis eorum alteram tantum Damaſci partem, quæ pacificè capta erat, reſpicere; partis verò alterius, quæ gladio capta erat, templa omnia, tum in urbe, tum extra urbem Damaſcenam, Muſlimorum eſſe; quod gladio capta eſſet. Poſt multas tandem altercationes, convenit inter eos, ut templum S. Iohannis relinqueretur Muſlimis, neque hi prætenderent aliquid in reliqua. Et ſcripſit Omar filius Abdulazizi ijs tabulas, ut nempe ſecurè poſſiderent omnia Damaſci templa, tam partis illius quæ gladio capta erat, quam alterius, item & monaſteria omnia, & templa extra urbem, tum in veridario Gouta, tum in monte, & alia; neque ea deſtruerentur, vel otioſa eſſent, aut ulli Muſlimo in ea foret poteſtas.

والذي ورد تواريخ النصاري انهم رفعوا قصة الي عمر بن عبد العزيز بسبب كنيسة مار يوحنا التي هدمها الوليد واضافها الى المسجد الجامع بدمشق وجاوا بكتاب خالد بن الوليد والعهد ان كنايسهم لا تخرب ولا تسكن فبذل لهم عمر بن عبد العزيز ما كان الوليد بذله لهم من المال وهو اربعون الف دينار فابوا فوقع لهم على قصتهم ان تدفع لهم كنيستهم بحدودها فعظم ذلك علي المسلمين فقال بن ادريس الحلواني ان العهد علي كنايسهم في نصف دمشق الذي فتح بالصلح واما النصف الذي فتح بالسيف فما كان فيه من كنايس باطن دمشق وظاهرها فهو للمسلمين لانه اخذ بالسيف وجرت مفاوضات واتفق الحال على ترك مار يحنا للمسلمين وان لا يعارضوا في غيرها وكتب لهم عمر بن عبد العزيز سجلا انهم امنون على كنايسهم التي بدمشق جميعها النصف الذي فتح بالسيف والنصف الاخر وكذلك جميع الديارات والكنايس التي خارج دمشق في الغوطة والجبل وغيرها لا تخرب لا تسكن وليس لاحد من المسلمين عليها سلطان ۞

Compoſitio litis.

Theodoſius Imperator.

Leo.

Anno Hegiræ 101 Imperante Omare filio Abdulazizi Romanorum Imperator factus eſt Theodoſius, poſt quem cum Leo Romanos rexiſſit 24 annos, obijt.

قال وفي سنة احدي وماية للهجرة في خلافة عمر بن عبد العزيز ملك تداوس علي الروم سنة ونصف وبعده ملك لاون علي الروم اربع وعشرين سنة ومات ۞

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Decimus ſextus Chalifa, & nonus Filiorum Ommiæ, IEZIDVS, f. Abdulmelici, f. Mervvanis, filij Hakemi.

السادس عشر وهو تاسع بني اميه
يزيد بن عبد الملك بن مروان
بن الحكم *

ويكنا ابا خالد امه عاتكه ابنة يزيد بن معويه بن ابي سفيان بويع له بالخلافة يوم توفي ابن عمه عمر بن عبد العزيز لست بقين من شهر رجب سنة احدي ومايه * قال وكان ذلك توصية من اخيه سليمان ابن عبد الملك الي عمر بن عبد العزيز ۞

قال وفي هذه السنة خرج يزيد بن المهلب بن ابي صفره علي يزيد بن عبد الملك بالبصرة واجتمع عليه خلق كثير ثم خرج الي الكوفة فجهز اليه يزيد بن عبد الملك اخاه مسلمه بن عبد الملك وابن اخيه العباس بن الوليد في جيش كثيف من الشام فالتقي العسكران فقتل يزيد بن المهلب وانهزم اصحابه وبعث مسلمه راس يزيد الي يزيد بن عبد الملك فاجتمع معويه بن يزيد بن المهلب مع بعض اعمامه واصحابه ومضوا الي واسط وبها عدي بن ارطاه وكان عاملا علي البصرة ليزيد بن عبد الملك فلما خرج يزيد بن المهلب حبسه بها فقتل معويه بن يزيد عديا واثنين وثلثين من اصحابه صبرا ثم مضي معويه واصحابه الي البصرة وركبوا في البحر الي قندابيل في بلاد السند فمنعهم قندابيل من دخول البلد وبعث اليهم مسلمه بن عبد الملك جيشا في البحر مقدمهم هلال بن احور المازني فقتلهم هلال عن اخرهم الا نفرا يسيرا حملهم اسري الي يزيد بن عبد الملك فقتلهم يزيد صبرا ثم ولي يزيد اخاه مسلمه بن عبد الملك العراق وخراسان ثم عزله عنهما وولاها

OGNOMINATVS *fuit Abuchalid: matrem habuit Aticam, filiam Iezidi, filij Muaviæ, filij Abuſofiani. Creatus eſt Chalifa eo die quo obijt filius patrui ejus Omarus filius Abdulazizi, die nempe 6 menſis regjebi, anni centeſimi primi Et præceperat hoc frater ejus man filius Abdulmelici Omari filio Abdulazizi.* 101

Eodem anno Baſoræ prodijt Iezidus filius Mahlebi, filij Abuſafræ, contra Iezidum f. Abdulmelici: & cum plurimi ſe illi adjunxiſſent, abijt Cufam. Sed miſit contra eũ Iezidus f. Abdulmelici fratrem ſuum Muſlimam f. Abdulmelici, & fratris ſui filium Abbaſum f. Walidis, cũ numeroſo exercitu, ex Syria. Cumq; duo hi exercitus ſibi mutuo occurriſſent, cæſus eſt Iezidus f. Mahlebi, & milites ejus in fugam ſunt verſi. Miſitque Muſlima caput Iezidi ad Iezidum f. Abdulmelici. Et Muavias f. Iezidi filij Mahlebi convenit cum quibuſdam patruis ſuis & mtlitibus, abijtq; Waſitam, atque ibi erat Adius f. Artahi, qui nomine Iezidi f. Abdulmelici Præfectus erat Baſoræ (ubi eum detinuerat cum Iezidus f. Mahlebi exiret) & occidit Muavias f. Iezidi Adium ـــ, & triginta duos ex militibus ejus, cõtemptim. Deinde abijt cum ſuis Baſorã, & vecti ſunt per mare ad Candabilem, in Sindiam: ſed Candabil prohibuit eos ingredi regionẽ: & Muſlimas f. Abdulmelici miſit exercitũ per mare, duce Halalo f. Achoris Mazaneo, qui cæcidit eos à tergo; præter paucos, quos abduxit captivos ad Iezidũ f. Abdulmelici, qui & eos contemptim interfecit. Hinc præfecit Iezidus fratrẽ ſuũ Muſlimã f. Abdulmelici Iracæ, & Choraſanæ, ſed utriusq; gubernatione eo deinde depoſito, præfecit eis Omarem

Iezidus f. Mahlebi rebellis.

occiditur.

Muavias filius ejus,

profugus

interficitur.

Muſlimæ F. A. Præfectus Iracæ, & Choraſanæ.

Gjerrahus Turciam invadit, & occiditur.

Omaremf. Habiræ: Omar autem f. Habiræ ablegavit Gjerrahum f. Abdallæ in Turcarum regionem, quam oppugnavit, capiens Meltaharam, & persequens f. Hafi regem eorum oppidatim, donec venerunt Ardebilã, ditionis Aderbigjanæ, ubi interfectus est Gjerrahus, & quicunq; cum eo erant: ac magnum commissum est prælium, in quo multi Muslimi ceciderunt. Eodem anno deposuit Iezidus f. Abdulmelici Iobum f. Serhabilis Amræum, qui nomine Omaris f. Abdulazizi gubernaverat Aegyptum, eiq; præfecit Basjerum fil. Safwanis Kelbæum. At misso deinde Basjero in Africam, præfecit ei fratrem ejus Handalam f. Safwanis: quo etiam depositο, anno 104, commisit eam Muhammedi f. Abdulmelici, f. Merwanis, qui ei præfuit donec frater ejus Iezidus obiit, anno 105, Harranæ die 25 Sjaabani. Imperavit autem 4 annos & mensem unum, annos natus 29, aut, secundum alios, 33. Quod ad formam ejus attinet, formosus fuit candidus, & rotunda facie: Quod ad naturam, ignavus, multa expendens in uxores, ludos, & spectacula. Habebat autem duas puellas Hababam & Selamam, quas vehementer amabat: cumq; vita excessisset Hababa, luxit eam luctu maximo, & reservavit eam apud se post obitum ejus tres dies, donec fœteret: qua de re reprehensus à fratre suo, eam sepelivit, allegans dictum Poëtæ:

Gubernatores Aegypti Basjerus, Hãdalas, & Muhammed.

Iezidi obitus.

Annus 105 cæpit 10 Iunij. A.C. 723.

Forma.

Natura.

Amor.

Si consoletur te quisquam, an relinques puerum?
Miserià consolatur te, non virtute.
Et omnis amicus an non à me de te loquitur?
Propter te diriget eam hodie aut cras.

Conſiliarij ejus fuerũt Muavias f. Abdallæ Asjaræus. At hoc remoto ſumpſit Iacobum f. Davidis f. Tahmari: cujus dignitas in immenſum apud eum excrevit, ita ut ei negotia ſua in univerſum omnia committeret. At deinde eum depoſuit, & in carcerẽ conjecit: ubi manſit donec quinq; anni Imperij Haronis Rasjidi elapſi ſunt. Is enim tunc eum dimiſit liberum, cum jam viſus eum defeciſſet: manſitque Meccæ, donec obijt. Dicitur autem eum in carcerem conjeciſſe, propterea quod tradiderat ei hominem

Hiſtoria Iacobi f. Davidis.

Vlwæum,

Vlwæum, quem & jusserat interfici. At Iacobus Consiliarius favens Vlweo, eum dimisit. quod ut intellexit Chalifa, misit ilico in vias, eumque prehendit, & apud se posuit: ac jussum adesse Consiliarium rogavit, quid de eo factum esset. is autem cum dixisset, se eum occidisse, Chalifa ait. Iura id per caput meum. Atque ille juravit. & fecit Chalifa adesse Vlwæum: quem ut vidit Consiliarius, loqui non potuit. Iussitque eum in carcerem conjici, ubi mansit tempus jam commemoratum. In locum autem ejus suffecit Cabadum f. Salihi.

العلويه وامره بقتله وكان الوزير يعقوب يميل الى العلوي فاطلقه فبلغ الخليفه ذلك فسير لوقته الي الطرقات فظفر بالعلوي فجعله عنده واحضر الوزير وساله عنه فقال قتلته فقال احلف براسي فحلف فاحضر العلوي فلما راه الوزير امتنع عليه الكلام فامر به الي المطبق فاقام المدة المذكورة ووزر بعده القبض بن صالح ۞

Iudices ejus fuerunt Muhammed f. Abdallæ f. Alafæ, & Afias f. Iezidi, qui ambo simul judicaverunt, in Templo firmo, Bagdadi. Ianitor ejus fuit Salamus Abwasjus, & Fadlus f. Rabiæ, f. Ionæ. Symbolum sigilli ejus. Sufficientia mea Deus.

Symbolum

قال وقضاته محمد بن عبد الله بن علافة وعافيه بن يزيد كانا يقضيان معا في مسجد الرصافة ببغداد * حاجبه سلام ابوش والفضل بن الربيع بن يونس * نقش خاتمه حسبي الله ۞

Imperium.

Ait Chronologus tempus imperij ejus duravisse annos decem, & 45 dies, quorum primus fuit Solis, & ultimus Mercurij: elapsis annis Hegiræ 168, & diebus 22. annis autem solaribus Mundi 6276, mensibus 11 & diebus 10.

قال والذي تحررت عليه مدة ولايته عشر سنين وخمسة واربعين يوما اولها يوم الاحد واخرها يوم الاربعا لتمة ماية ثمان وستين سنة واثنين وعشرين يوما للهجرة * لتمام ستة الف ومايتي ست وسبعين سنة واحد عشر شهرا وعشرة ايام شمسية للعالم ۞

CAPVT QVINTVM.

Quartus Abbasidarum, & Chalifa vigesimus quintus, MVSA ALHADIS, filius Mahadis, f. Abugjafaris Almansoris.

الرابع من الخلفا العباسيين وهو الخامس والعشرون الهادي موسي بن المهدي بن ابي جعفر المنصور *

MAter ejus fuit Hinzarana, filia Atai servi patris ejus; quæ plurium Chalifarum mater fuit. Natus autem est Horasjæ, & creatus Chalifa eo die quo obijt pater ejus, 22 scil. Muharrami, anni 169, eratque eo tempore Gjorgjanæ, bellum gerens cum Tabrastanis, & inauguratus est Maseidanæ. Deinde & frater ejus Haron Rasjidus inaugurationem ei procuravit Bagdadi: misitque ad eum, consolans eum, & Chalifatu lætificans. Mox Bagdadum venit, dispositis vectus equis, & occurrit ei populus, atque fidelitatem juravit.

الخيزران بنت عطا مولي ابيه امه وهي ام الخلفا مولده حرش بويع بالخلافه يوم توفي والده وهويوم الاربعا لثمان بقين من المحرم سنة تسع وستين ومايه وكان ان ذاك مقيما بجرجان يحارب اهل طبرستان فبويع له بماسيدان ثم اخذ له اخوه هرون الرشيد البيعة ببغداد وبعث اليه يعزيه ويهنيه بالخلافه فقدم الى بغداد علي خيل البريد فتلقاه الناس فبايعوه ۞

Eodem anno removit Alhadis præfectura Aegypti Fadlum f. Salihi, eamque commisit

قال وفي هذه السنة عزل الهادي الفضل بن صالح عن امره مصر وولاها

Ali f. Suleimanis, f. Alis, f. Abdallæ, f. Abbaſi.

Anno 170 ſtatuit Alhadis abdicare ſocietate fœderis ſui fratrem ſuum Haronem Rasjidum, eamque transferre in filium ſuum Abugjafarem, f. Alhadis: ſed obruens eum mors propoſitum ejus irritum fecit. Cœpit 3 Iulij. A.C. 786.

Eodem anno obÿt Muſa Alhadis, Bagdadi, die Veneris, decimo quarto Rabÿ poſterioris: oravitque pro eo frater ejus Haron Rasjidus. Imperavit annum unum, menſes duos, & dies 22. annos natus 24, aut, ut quidam ajunt, 25. Dicitur a. mater eum ſua necaviſſe: ejuſque cauſa hæc eſſe. Intellexerat ille primores regni aliquid deſiderantes ad eam accedere: cumq; ea moleſta illi eſſet, eumque ad id induceret, dixit tandem ei, Si intelligam ego quemquam, mea cauſa, in porta tua ſtare, is capite plectetur. itaque deſiſte hoc facere. vnde illa diſcedens, ægra animo, nec ſuavia, nec amara ad eum loquuta eſt. Diciturque ille ei miſiſſe anſerem veneno infectum, atq; dixiſſe, Experire an bonus ſit, atque ede de eo. verum cum illa timeret ne quid in eo eſſet, quod averſaretur, adductus eſt canis, qui cum guſtaviſſet eum, concidit corpus ejus. Ille autem ad eam miſit, dicens, Si de eo comediſſes, refecta utique eo fuiſſes. Cumque ille deinde ægrotaret, morbuſque ejus ingraveſceret, impoſuit illa faciei ejus pulvinar, eique inſedit, donec expiravit. Obitus Alhadis, ejus cauſa.

Ajunt quoque ei de fratris ſui Haronis Rasjidi depoſitione cogitanti dixiſſe Iahjã f. Chalidis f. Barmaci Conſiliarium Rasjidi, O fidelium Imperator, ſi feceris populum frangere datam fidem, vileſcet ei ſua fides. Sed ſi reliqueris ei fidẽ juratam fratri tuo, & deinde eam ſumas filio tuo, firmor erit. Contrarium autem ſi feceris, id utique continget, quod Deum Opt. Max. oro ne me vivo fiat: meque ante eripiat. Non enim filium tuum admittet populus ad orationem ſuam, peregrinationem, & bellum; cum nondum adoleverit. Neque crede fore ut creationi ejus ſuffragentur primores populi tui, quales ſunt ille, & ille. Atque ita ejÿcietur è domo tua. Reſpondit Alhadis. Per Deum, docuiſti me, Iahja, id quod non conſiderabam. & reliquit eum. Prudentiſſimum Iahjæ conſilium.

علي بن سليمان بن علي بن عبد الله بن العباس ۞

قال وفي سنة سبعين ومايۃ عزم الهادي علي خلع اخيه الرشيد هرون من ولايه عهده ونقلها الي ولده جعفر بن الهادي فعاجله القضا وحال بينه وبين مراده ۞

قال وفي هذه السنة توفي موسي الهادي ببغداد ليلة الجمعة لاربع عشرة ليلة خلت من شهر ربيع الاخرة وصلي عليه اخوه هرون الرشيد فكانت خلافته سنة واحدة وشهرين واثنين وعشرين يوما وعمره اربع وعشرين سنة وقيل خمس وعشرين سنة * قيل ان امه الخيزران قتلته وسبب ذلك انه اتصل به ان اكابر المدينة يترددون اليها في حوايجهم فكانت تثقل عليه في ذلك فاسخرته فقال لها ان بلغني ان احدا وقف ببابك من خاصتي ضربت عنقه فكفي عن هذا فانصرفت ما تعقل ولم تنطق عنده بحلوة ولا بمرة وقيل انه ارسل اليها اوزة مسمومة قال استطيبيها فكلي منها فخافت ان يكون فيها ما تكرهه فجاوا بكلب فاكل منها فتساقط لحمه فارسل اليها لن اكلتي منها لكنتي قد استرحتي منها * فلما مرض واشتد مرضه وضعت علي وجهه مخدة وجلست عليها حتي مات ۞

وقيل انه لما عزم علي قلع اخيه الرشيد هرون كلمه يحيي بن خالد بن برمك وزير الرشيد فقال يا امير المومنين انه حملت الناس علي نكث الايمان هانت عليهم ايمانهم وان تركتهم علي بيعة اخيك ثم بايعت لولدك بعده كان ذلك اوكد للبيعة فان فعلت خلافه وكان الامر الذي اسال الله عز وجل الا ابلغه وان يقدمنا قبله فان الناس لايرضون بولدك لصلاتهم وحجهم وغزوهم وهو لم يبلغ الحلم ولا تامن ان يسموا اليها اكابر اهلك مثل فلان وفلان فيخرج من بيتك * قال والله لقد نبهتني يا يحيي علي امر لم اتنبه له وتركه ۞

Anno

Forma. *Quod ad formam ejus attinet. Formoſus fuit, candidus, tinctus rubedine, procerus, corpulentus, magno ore, contrahens labrum*

Natura. *ſuperius. Quod ad naturam. Fortis, & magnanimus, liberalis, difficilis petitionis. Ajunt eum die quodam, cum recitaſſet carmen hoc,*

Iverunt in campos haſtæ eorum in Rodainum directæ.

dixiſſe, Deſidero ego carmen ad hunc modum factum, & juſsiſſe accerſi poetam dictum Ioſephum Socailum, qui dixit

Ne reprehende me: Dominus enim meus per arenoſum deſertum iter facit, ad acquirendum robur.

Et vę mihi ſi quod inter nos eſt peragrat ad comminutionem.

Nam Muſa per excellentiam ſuam congregavit bonum univerſum.

Officiales. *Dixitq́, Alhadis, Date ei decem ſtateres: & factum eſt ſicuti juſsit. Conſiliarij ejus fuerunt Rabius f. Ionæ; hinc Omar f. Rabij. Iudices Abu-Ioſephus Iacobus f. Ibrahimi, familiaris Abuhanifæ, fel. mem. in tractu occidentali: & Saïdus f. Abdurrahmanis in tractu orientali. Ianitor ejus fuit Fadlus f. Rabij. Symbolum ſigilli ejus* DEVS eſt dominus meus.

Imperium. *Secundum Chronologum duravit imperium ejus annum unum, & dies 52: quorum primus dies fuit Iovis, & ultimus Veneris: elapſis annis Hegiræ 169, & diebus 74: annis autem ſolaribus mundi 6278, & diebus 18.*

Res Chriſtianorum. *Anno autem primo Chalifatus ejus conſtitutus eſt Abuna Iohannes Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ, die 16 Tubæ, ſeditque annos 13, & mortuus eſt die 16 Tubæ,*

Patriarcha Alexandrinus. *anni Diocletiani 515. Diciturque dies nativitatis ejus, Patriarchatus, & mortis fuiſſe 16 Tubæ, uti traditur in Vitis Patriarcharum. Fuitque ejus tempore Eccleſia in quiete, & pace. Ipſe autem fuit amans eleemoſynarum, multæque commiſerationis. Et cum ejus tempore magna eſſet annonæ caritas, ipſe rationem habuit pauperum, neque paſſus eſt eos re ulla indigere.*

Antiochenus. *Antiochiæ autem, mortuo Davide, qui violenter ſedem occupaverat, reverſus*

قال صفته جميل الصورة ابيض تعلوه
حمرة طويلا جسيما افوه بشفته العليا
يقلص * سيرته شجاعا مقداما جوادا
صعب المرام ويقال انه انشد يوما شعرا
واسهلت رماحهم بالرديني شرعا *
ثم قال اشتهي شعرا يكون في وزن
هذا فاحضر شاعرا يقال له يوسف
الصقيل فقال في ذلك ۞
لاتلمني ان اجرعا سيدي قد تمنعا *
وابلاي ان كان ما بيننا قد تقطعا *
ان موسي لفضله جمع الحسن اجمعا *
فقال الهادي اوفروا له بعشرة دراهم
ففعلوا كما امر * وكان وزراوه الربيع
بن يونس ثم عمر بن الربيع وقضاته ابو
يوسف يعقوب بن ابرهيم صاحب
ابي حنيفه رحمه الله بالجانب الغربي
وسعيد بن عبدالرحمن بالجانب الشرقي
حاجبه الفضل بن الربيع * نقش خاتمه
الله ربي ۞
قال المورخ ان مدة ولايته سنة واحدة
واثنين وخمسين يوما اولها يوم الخميس
واخرها يوم الجمعة لتمة ماية وتسعة
وستين سنة واربعة وسبعين يوما للهجرة
ولتمام سته الف ومايتي ثمان وسبعين
سنة وثمانية عشر يوما للعالم شمسية ۞
قال وفي اول سنة من خلافته قدم
ابنا يوحنا البطرك لليعاقبة على
الاسكندرية في اليوم السادس عشر
من طوبه واقام ثلاث عشرة سنة ومات
في سادس عشر طوبه سنة خمس ماية
وخمس عشرة لدقلاديانوس وقبل كان
يوم مولده ويوم بطركيته ويوم وفاته
الجميع سادس عشر طوبه علي ما ذكر
في سير البطاركه * قال وكانت
البيعة في ايامه في هدى وسلامة *
وكان محبا للصدقة كثير الرحمة
وكان في ايامه غلاء عظيم وكان
يقوم بالمحتاجين ولا يدعهم يعجزون
شيا ۞
واما كرسي انطاكية فلما مات داود
الذي اغتصب الكرسي بانطاكية

in

in eam eſt Georgius, idque poſt decem annorum incarcerationem. Cumque Pater Iohannes Patriarcha conſtitutus eſſet, ſcripſit ad eum ſynodicam, qui reſponſum ei miſit, in unitate eccleſiæ. Vita autem defuncto Georgio, in locum ejus ſuffectus eſt, & Antiochenus Patriarcha conſtitutus, vir quidã ſanctus, nomine Syriacus. Hic ſynodicam quoq; ſcripſit & miſit ad Patrem Iohannem, qui cum gaudio eam recepit, illiq; reſponſum miſit, in unitate ſanctæ eccleſiæ.

عاد جرجس اليه وذلك بعد عشرة
سنين معتقل ولما تقدم الاب يوحنا
كتب له سنوديقا ووصل اليه الجواب
بالاتحاد الكنيسة * ولما تنيح الاب
جرجس صير عوضه انسان قديس اسمه
كرياقوس بطركا على انطاكية
وكتب سنوديقا وسيره الي الاب يوحنا
فقبله وفرح به وكتب له الجواب عنه
باتحاد البيعة المقدسه ۞

CAPVT SEXTVM.

Quintus Abbaſidarum, & Chalifa vigeſimus ſextus, ABVGJAFAR HARON RASJIDVS, qui & dictus fuit Abu-Muhammed Haron, filius Mahadis, fil. Abugjafaris Almanſoris.

الخامس من الخلفا العباسيين وهو
السادس والعشرون الرشيد هرون
ابو جعفر وقيل ابو محمد هرون
ابن لمهدي بن ابي جعفر
المنصور *

وامه الحيزران ام اخيه الهادي بويع له بالخلافة في اليوم الذي توفي فيه اخوه الهادي وهو يوم الجمعة * قال ولد في تلك الليلة المامون بن الرشيد هرون وكانت ليلة عجيبة مات فيها خليفة وولد خليفة * ولما بويع للرشيد قلد يحيي بن خالد بن برمك وزارته وكان يخاطبه بالابوه فيقول له يا ابة * قال حين استوزره قد قلدتك امورا واخرجت ذلك من عنقي اليك فاحكم بما تراه فقال في ذلك بعض الشعرا ۞

الم تران الشمس كانت سقيمة *
فلما ولي هرون اشرق نورها *
فهرون والميها ويحيي وزيرها *

قال وفي هذه السنة ولد محمد الامين بن الرشيد هرون من بنت عمه جعفر واسمها امة الواحد وقيل امة العزيز وتلقب زبيده بنت جعفر بن ابي جعفر المنصور وذلك بعد خلافته تسعة اشهر ۞

قال وفي سنة احدي وسبعين ومايه ولي الرشيد مصر موسي بن عيسي بن موسي بن محمد بن علي الهاشمي ۞

MATREM *habuit Hinzaranam, quæ & mater fratris ejus Alhadis fuit. Creatus eſt Chalifa eo die quo obijt frater ejus Alhadis, qui Veneris fuit. Atque eodem die natus eſt Almamon f. Haronis Rasjidi: fuitque dies admirabilis, quo mortuus eſt Chalifa, & Chalifa natus. Rasjidus autem Chalifa factus, Iahjam f. Chalidis, f. Barmaci, Conſiliarium ſuum conſtituit, & patrem ſuum appellavit. cumque Conſiliarium eum faceret, dixit, Negotijs te meis præficio, eaque à cervice mea in te conjicio: itaque ea adminiſtra, ut viſum tibi fuerit. qua de re Poëta quidam,*

An non vides quod ſol fuit æger,
Et Harone Chalifa facto, lux ejus apparuit?
Haron utique Dominus ejus eſt, &
Iahja Conſiliarius.

Eodem anno natus eſt Muhammed Alaminus filius Haronis Rasjidi, è filia patrui ejus Gjafaris, (quæ vocabatur Amat-ulwahidis, aut ſecundum alios, Amat-ulazizis, & cognominabatur Zebeida filia Gjafaris, filij Abugjafaris Almanſoris) idque poſt novem menſes quam Chalifa factus eſt. Alaminus naſcitur.

Anno 171 præfecit Rasjidus Aegypto Muſam f. Iſæ, f. Muſæ, f. Muhammedis, f. Alis, Hasjemæum. Cœpit 22 Iunij. A.C. 787.

Anno

Cœpit 11 Iunij A. C. 788.

Anno 172 obijt Abdurrahman fil. Muaviæ, fil. Hisjami, fil. Abdulmelici, fil. Merwanis Amawæus, Rex Hiſpaniæ; ut regnaverat 32 annos, & aliquot menſes: & Chalifatui in illis tractibus præfectus eſt filius ejus Hisjamus f. Abdurrahmanis.

Abdurrahman Rex Hiſpaniæ moritur. Succedit Hisjamus.

Gubernatores Aegypti.

Eodem anno removit Rasjidus gubernatione Aegypti Muſam f. Iſæ, eamque dedit Muſlimæ f. Iahjæ: tributo ejus præficiens Amrum f. Mahrani. Deinde autem, depoſito Muſlima, in locū ejus ſuffecit Muhammedem f. Zaharis. & hoc etiam remoto, anno 173, Iezidum f. Hatemi.

Cœpit 10 Maij. A. C. 791.

Anno 175 præfecit Rasjidus Aegypto Muſam f. Iſæ, f. Muſæ Hasjemæum.

Alaminus deſignatur ſucceſſor in Imperio.

Eodem anno procuravit Rasjidus ut filius ſuus Muhammed Alaminus futurus ei ſucceſſor crearetur, cum natus eſſet annos quinque. qua de re Salimus Hasjerus Poëta.

Placet Deo Chalifa, cum ædificat domū Chalifatus puero hilari vultu.
Ipſe Chalifa eſt à patre ſuo, & avo, qui coram eum viderunt, & alloquuti ſunt.
Inaugurant utique homines & ſpiritus directorem viæ rectæ, Muhammedem fil. Zebeidæ, filiæ Gjafaris.

Quod ut intellexit Zebeida, miſit ad eum, & multa ei largita eſt munera.

Cœpit 28 Aprilis. A. C. 792.

Anno 176 prodijt Iahja f. Abdallæ, f. Haſeni, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis f. m. in Dailama, arrogans ſibi imperium. Cum autem potentia ejus creſceret, miſit Haron Rasjidus contra eum Fadlum f. Iahjæ, f. Chalidis, f. Barmaci, cum 50 millibus, præficiens eundem Raijæ, Gjorgjanæ, Gjebelæ, & Tabriſtanæ. Hic profectus in Choraſanam ſcripſit ad Iahjam, & blandè cum eo egit, donec ei auſcultavit. Pactus a. eſt Iahja ut Rasjidus contra ſe, ſecuritatis ei concedendæ, teſtes appellaret. quod cum Fadlus ad Rasjidum perſcripſiſſet, is id non recuſavit: ſcripſit q. ei libellum ſecuritatis, teſtes contra ſe appellans pleroſque è Iudicibus & Primoribus regni: eumque miſit ad Fadlum: qui cum muneribus cum & donis ſtatim tranſmiſit ad Iahjam, qui ea accepit.

Iahja f. Abdallæ ambit Imperium, ſed infelici ſucceſſu.

وفي سنة اثنتين وسبعين وماية توفا
عبد الرحمن بن معوية بن هشام بن عبد
الملك بن مروان الاموي ملك الاندلس
فكانت مدة مملكته اثنتين وثلاثين
سنة واشهر وبويع بعده بالخلافة بتلك
البلاد ولده هشام بن عبد الرحمن ۞

وفيها صرف الرشيد موسي بن عيسي
عن امرة مصر وولاها مسلمة بن يحيي
وعلي خراجها عمرا بن مهران ثم عزل
مسلمة وولي مكانه محمدا بن زهر ثم عزله
في سنة ثلث وسبعين وماية وولي مكانه
داود بن يزيد بن حاتم ۞

قال وفي سنة خمس وسبعين وماية
ولي الرشيد امرة مصر موسي بن عيسي
بن موسي الهاشمي ۞

وفيها اخذ الرشيد البيعة لولده محمد
الامين بن زبيدة بولاية عهده وعمره يومئذ
خمس سنين فقال سالم الحاشر الشاعر فيه *

قد وفق الله الخليفة ان بني بيت
الخلافة للتحساب الازهر *
هو الخليفة عن ابيه وجده شهدا
عليه بمنظر ومخبر *
قد بايع الثقلان مهدي الهدي
محمد بن زبيدة ابنة جعفر *

فبلغ زبيدة ذلك فارسلت اليه تخلع
سنيه وصلات جزيلة ۞

قال وفي سنة ست وسبعين وماية
خرج يحيي ابن عبد الله بن الحسن بن
الحسين بن علي بن ابي طالب عليهم
السلام بالديلم ودعي الي نفسه واشتدت
شوكته فارسل الرشيد هرون اليه الفضل
بن يحيي بن خالد بن برمك في خمسين
الفا وولاه الري وجرجان والجبال
وطبرستان فمضي الي خراسان وكاتب
يحيي ورفق به الي ان اجابه يحيي وشرط
له ان يشهد الرشيد علي نفسه بالامان
له فكتب الفضل الي الرشيد بذلك
فاجابه وكتب له بالامان واشهد علي
نفسه فيه جماعة من القضاة والاكابر وبعثه
الي الفضل فبعثه الفضل الي يحيي وبعث
معه الطافا وهدايا فقبلها يحيي

Hinc Iahja ad Fadlum venit, qui cum eo Bagdadum contendit. Occurritque ei Rasjidus, Maahabæ, & multũ ei pecuniæ dari juſsit, plurimiſque eum muneribus affecit. Sed deinde eum fefellit, & compedibus conſtrinxit ferreis.

Eodem anno depoſuit Rasjidus gubernatione Aegypti Muſam fil. Iſæ fil. Muſæ : eique præfecit Ibrahimum fil. Salihi, fil. Alis Hasjemæum. & hoc remoto, anno 177, Amrum f. Mahrani; qui ut menſem unum gubernaverat, depoſitus quoque fuit, & reſtitutus Ibrahimus f. Salihi, et hoc paulo poſt mortuo, præfecit ei Abdallam f. Zahari, fil. Almeiti. & hoc remoto, Ishacum fil. Suleimanis, Hasjemæum. & hoc depoſito, anno 178 Hazimam f. Ajani. At hunc deinde remotum Rasjidus ablegavit in Africam, Aegypto præficiens Abdulmelicum f. Salihi fil. Alis Hasjemæum. qui loco ſuo Orationi & Tributo præfecit Abdallam fil. Muſabbibi. Gubernatores Aegypti.

Anno 179 venit Rasjidus Meccã, abijtque Medinam, & pedes inde reverſus eſt. Neque ullus Chalifa poſt eum eſt peregrinatus. Cœpit 27 Martij. A.C. 795.

Eodem anno obijt Princeps Melicus f. Anaſi, Princeps populi Medinenſis f. m. annos habens 90: aut, ſecundum alios, 89. oravitque pro eo Abudawibus.

Eodem anno depoſuit Rasjidus Abdulmelicum f. Salihi gubernatione Aegypti, præficiens ei Abdallam f. Mahadis, fratrem ſuum: & hoc deinde remoto, Muſam f. Iſæ Hasjemæum.

Anno 180 obijt Hisjamus fil. Abdurrahmanis Amawæus Rex Hiſpaniæ, ut regnaverat annos ſeptem, & menſem unum: annos natus 31. Et creatus Rex Hiſpaniæ eſt filius ejus Hakemus fil. Hisjami. Cœpit 15 Martij. A.C. 796. Abdurrahman Rex Hiſpaniæ moritur.

Eodem anno depoſuit Rasjidus Muſam f. Iſæ gubernatione Aegypti, præficiens ei ſecundò fratrem ſuum Abdallam f. Mahadis: & hoc remoto, anno 181 Iſmaelem f. Salihi, f. Alis Hasjemæum.

Eodem anno ipſe Rasjidus bello adorſus Romanos, oppugnavit Regionem eorum, & vi cepit arcem Safsafæ : Rasjidus Romanos bello vexat.

&

وجاء الي الفضل فقدم به الفضل بغداد فلقاه الرشيد بما احب وامر له بمال جزيل واجري عليه ارزاقا كثيرة ثم غدر به بعد ذلك وحبسه وكبله بالحديد ۞

قال وفي هذة السنة عزل الرشيد موسي بن عيسي بن موسي عن امرة مصر وولاها ابرهيم بن صالح بن علي الهاشمي ثم صرفه في سنه سبع وسبعين ومايه وولي عمرو بن مهران فاقام شهرا ثم عزل واعيد ابرهيم بن صالح ثم توفي وولي عبد الله بن زهر ابن الميت ثم عزل وولي اسحق بن سليمان الهاشمي ثم صرف اسحق في سنة ثمان وسبعين ومايه وولاها هريمة بن اعين ثم عزله الرشيد وسيره افريقيه وولي مصر عبد الملك بن صالح بن علي الهاشمي واستخلف عبد الله بن المسبب علي الصلاة والخراج ۞

قال وفي سنة تسع وسبعين ومايه وصل الرشيد الي مكه ومضي الي المدينة ثم رجع يحج ماشيا ولم يحج خليفه بعده ۞

قال وفي هذه السنة توفي الامام مالك بن انس امام اهل المدينة رحمه الله وعمره تسعين سنة وقيل تسع وثمانين وصلي عليه بن ابي دويم ۞

وفي هذه السنة عزل الرشيد عبد الملك بن صالح عن امره مصر وولاها اخاه عبد الله بن المهدي ثم عزله وولاها موسي ابن عيسي الهاشمي ۞

قال وفي سنة ثمانين ومايه توفي هشام بن عبد الرحمن الاموي ملك الاندلس فكانت مدة مملكته سبع سنين وشهر وكان عمره احدي وثلاثين سنه فبويع بالاندلس ولده الحكم بن هشام ۞

وفي هذه السنة عزل الرشيد موسي بن عيسي عن امره مصر وولاها اخاه عبد الله بن المهدي مرة ثانية ثم عزله في سنه احدي وثمانين ومايه وولاها اسمعيل بن صالح بن علي الهاشمي ۞

وفيها غزا الرشيد بنفسه ارض الروم في الصايفة ففتح حصن الصفصاف

UNED

& peragrans regionem Romanorum, plurima nactus eſt ſpolia, & incolumis reverſus eſt.

Anno 182 præfecit Rasjidus Aegypto Allitum f. Fadli, ſervum Imperatoris fidelium.

Cœpit 12 Februarij. A.C. 799. Harari cædunt Saracenos.

Anno 183 egreſſi è Porta portarum Harari magnam cladem Muſlimis intulerunt: cujus cauſa hæc fuit. Fadlus f. Iahjæ f. Chalidis, f. Barmaci deſponderat ſibi filiam Hacani Regis Hararorum: quæ cum ad eum duceretur, cum magno apparatu, in itinere vita exceſſit: & qui aderant ei comites, ad Hacanum reverſi, dixerunt, Filia tua occiſa eſt. quod ille graviſſime ferens, paravit ſe ad bellum inferendum Muſlimis, & multos è Mauranahara mortales cecîdit.

Muſæ obitus.

Eodem anno obijt Muſa fil. Gjafaris, fil. Muhammedis, fil. Huſeini, fil. Alis, fil. Abutalibis fel. mem. Bagdadi, in carcere Rasjidi. Quin dicitur Rasjidus ſubornaſſe quendam, qui eum interfecerit. Sepultus autem eſt Bagdadi, in latere occidentali, ubi & ſepulchrum ejus viſitur. Hinc Safiæus ait,

Sepulchrum Muſæ f. Gjafaris theriaca eſt probata.

Reliquit autem octodecim liberos mares, & viginti tres filias.

Cœpit 10 Ianuarij. A.C. 802. Rasjidus Imperium diſtribuit filijs ſuis.

Anno 186 peregrinatus eſt Rasjidus cum filijs ſuis, & magnam pecuniæ vim conſumpſit; atque eleemoſynas multas dedit Meccanis, & Medinenſibus. Diſtribuit quoque imperium tribus filijs ſuis, Muhammedi ſcilicet Alamino, Abdallæ Almamoni & Caſimo Mutamano. atque Alaminum futurum ſibi ſucceſſorem conſtituit, eique dedit Iracam, & Syriam. Huic voluit ut ſuccederet Abdalla Almamon, cui conceſſit quidquid ab Hamadana eſt, ad extremum uſque Orientem. Huic autem, Caſimus Mutamanus, quem præfecit Meſopotamiæ, Tſugouræ, & Awaſimæ. Dixerunt autem hominum alij, Iam ſtabilivit Rasjidus imperium regni. Alij vero. Quin diſſidia inter eos ſparſit; & finis ejus rei terribilis erit. Deinde ſcripſit Rasjidus filijs ſuis Alamino & Almamoni

هنوة ودوح بلاد الروم وغنم غنايم كثيرة وقفل سالما ۞

قال وفي سنه اثنتين وثمانين ومايه ولي الرشيد امره مصر الليث بن الفضل مولي امير المومنين *

قال وفي سنه ثلاث وثمانين ومايه خرج الحرر من باب الابواب فقتلوا من المسلمين مقتلة عظيمة وكان السبب في ذلك ان الفضل بن يحيي بن خالد بن برمك خطب ابنة حاقان ملك الحرر فحملت اليه بجهاز عظيم فماتت في الطريق فرجع من كان معها من الطراخنة الى حاقان وقالوا ان ابنتك قتلت فحنق لذلك وتاهب لقتال المسلمين فقتل خلقا كثيرا مما ورى النهر ۞

قال وفي هذه السنة توفي الكاضم موسي بن جعفر بن محمد بن الحسين بن علي بن ابي طالب عليهم السلام ببغداد في حبس الرشيد هرون * وقال ان الرشيد دس اليه من قتله ودفن بالجانب الغربي ببغداد وقبره هناك يزار وكان الشافعي يقول *

قبر موسي بن جعفر الدرياق المجرب *

وخلف ثمانية عشر ولدا ذكرا وثلاث وعشرين بنتا ۞

قال وفي سنة ست وثمانين ومايه حج الرشيد باولاده فعدم مالا عظيما وتصدق تصدقات كثيرة علي اهل مكة والمدينه وقسم الارض بين اولاده الثلاثة محمد الامين وعبد الله المامون والقاسم المومن فبايع لولده الامين بولاية العهد وجعل له العراق والشام وبعده لعبد الله المامون وضم اليه من همدان الى اقصي المشرق وبعده للقاسم المومن وولاه الجزيرة والثغور والعواصم فقال بعض الناس قد احكم الرشيد امر المملكة قال بعضهم بل القي بينهم وعاقبة ذلك مخوفة * ثم كتب الرشيد لابنيه الامين والمامون

لكل منهم كتابا اخذ فيه العهد علي كل واحد منهما العهود المواثيق والشروط لاخر مدة حياته وشهد بذلك الاكابر وعلق الكتابين في الكعبة واخذ خطهما انهما الزما بما في الكتاب جميعه ۞

قال وفي سنة سبع وثمانين ومايه كان مقتل جعفر بن يحيي بن خالد بن برمك وقد اختلف الناس في السبب الذي دعا الرشيد الي قتله وبكته البرامكه * قيل ان الرشيد لما حبس يحيي بن عبدالله بن الحسن بن الحسين بن علي ابي طالب سلمه الي جعفر بن يحيي فحبسه ثم استدعي جعفر يحيي المذكور ليلا فساله عن حاله فقال له اتقي الله في ولا تتعرض لدمي فيكون جدي خصمك يوم القيامة فاطلقه وبعث معه من اوصله الي فامية فبلغ ذلك الرشيد فسال جعفر عنه فقال علي حاله فقال بحياتي فقطن جعفر فقال لا وحياتك بل اطلقته لعلمي بان لا مكروه عنده فاظهر الرشيد الاستحسان لفعله واسرها في نفسه ۞

وقيل السبب ان الرشيد كان لا يصبر عن جعفر ولا عن اخته عباسة بنت المهدي فزوجه بها ليحل له النظر اليها ونهاه عن قربها فحمله السكر علي ان جامعها فحملت وولدت غلاما فبعث به الي مكة خوفا من الرشيد فاطلع الرشيد علي ذلك فقتل جعفر ونهب اهل بيته ۞

وقيل السبب ان جعفر ابتني دارا غرم عليها عشرين الف دينار وكان الرشيد لا يمر بضيعة ولا ببستان الا ويقال هذا لجعفر فقتله لذلك * وقيل السبب انه لحقه منهم ملل وما امكنه ابادهم لاطلاعهم علي اسراره وخاف ان تبدو منهم غايلة فاوقع بهم ما اوقع ۞

singulis libellũ, quo utrig, ſucceſsionem confirmavit per pacta, fœdera, & cõditiones; in extremum tempus vitæ ejus. atque ea de re teſtatus eſt primores populi. & ſuſpendit libellos illos in Caaba, ſumptis ab illis chirographis, quibus promittebãt, ſe quidquid in toto libello ſcripto eſſet obſervaturos.

Anno 187 occiſus eſt Gjafar f. Iahjæ, f. Chalidis, f. Barmaci. Controverſa autem eſt inter Auctores cauſa, quæ Rasjidum ad eum occidendum, & puniendos Barmacidas movit. Alij ſic ajunt. Cum Rasjidus in carcerem conÿceret Iahjam f. Abdallæ, f. Haſeni, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis, tradidit eum Gjafari f. Iahjæ, qui in carcerem eum miſit. Deinde noctu ad ſe vocatum memoratum Iahjam interrogavit Gjafar de ſtatu ejus; qui dixit ei, Time Deum in me, neque ingredere in ſanguinem meum; ne avus meus adverſarius tuus ſit, die reſurrectionis. unde liberum eum dimiſit Gjafar, mittens etiam cum eo quendam qui Phemiam eum perduceret. Hoc ut reſcivit Rasjidus interrogavit Gjafarem de ſtatu ejus: quem hic reſpondit eundem, eſſe. Sed Rasjidus, An ita eſt, ait, per vitam meam? At Gjafar, rem animadvertens, Non, inquit, per vitam tuam; verum liberum eum dimiſi, quod ſcirem, nihil mali eſſe ab eo commiſſum. Rasjidus factum ejus ſe probare ſimulavit: atque id apud ſe reſervavit.

Cœpit 30 Decemb. A. C. 802.

Gjafar Barmacides occiditur.

Cædis ejus cauſa.

Alij cauſam hanc fuiſſe tradunt. Non ferebat Rasjidus abſentiam Gjafaris, neque etiam ſororis ſuæ Abbaſæ filiæ Mahadis. itaque matrimonio eos copulavit, ut illi videre eam liceret: ſed vetuit ne eam attingeret. verum ebrietate impulſus, cum ea concubuit: eaque gravida facta filium peperit, quem Meccam miſit, metu Rasjidi: quod ut reſcivit Rasjidus, occîdit Gjafarem, & facultatibus ſpoliavit domeſticos ejus.

Alia.

Alij ajunt Gjafarem domum ædificaviſſe viginti mille aureorum impenſis, neque Rasjidum per campum aut hortum tranſire ſolitum, quin ei diceretur, Hæc domus Gjafaris eſt, & propterea eum occidiſſe. Sunt & qui Rasjidum faſtidium eorum cepiſſe dicunt: cumque removere eos non poſſet, quod ſecreta ejus cognoſcerent, & ne quid mali ab ÿs proficiſceretur metueret, eos ita tractaviſſe.

Alia.

Alia.

Gum

Cum autem Rasjidus eum occidere vellet, misit ad eum noctu Masrourum, qui cum eum ad domum Rasjidi adduxisset, ei significavit ipsum advenisse. jussitq; eum Rasjidus caput illius sibi afferre. cumque bis reverteretur, eum reprehendit, atque objurgavit. Hinc caput ei abscidit, cum quo & domū Rasjidi ingressus est: idque mense Muharramo, die Sabbathi: cum annos haberet 37. Prehendit autem & patrē ejus Iahjam f. Chalidis, & Fadlum filium ejus, omnesq; eorū liberos, ministros, & servos, atque adeo omnes qui nomen ab ijs trahebant, eosque in carcerem conjecit; facultates eorum capiens: præter Muhammedem f. Iahjæ, quem non afflixit, quique nihil mali ab eo est passus; quod abdunde ei constaret, ipsum se non miscuisse negotio Barmacidarum. Deinde jussit Rasjidus caput Gjafaris affigi super ponte. truncus autem ejus in partes conscissus fuit, quæ singulæ portis affixæ sunt.

Erat autem Fadlus cum patre suo Iahja Racæ. Mansitque Iahja, cum filio suo Fadlo in carcere, donec ipse Iahja obijt, anno 196, aut, secundum alios, 193. Fuerunt autem Consiliarij Rasjidi annos 17; benignitatis, & humanitatis summæ, sicuti notissimum est. Nec quisquam eos præcessit ijs humanior. De his ait Poëta.

Barmacidarū laus.

O filij Barmaci, quam boni vos estis,
& tempora vestra futura!
Mundus erat sponsa vestra, nunc
autem, vobis sublatis, est vidua.

Inter cætera autem quæ de statu vitæ Iahjæ filij Chalidis dicuntur, è carmine Laumasi Nahili, hoc est,

Quietem Iahjæ non det anima ejus
pro divitijs.

Dicitur autem mater Gjafaris, post cædem ejus, ingressa fuisse ad Rasjidum (qui honorem ei exhibere, quod lacte ejus nutritus fuisset, eamque matrem Rasjidi nominare consueverat) cumq; ingressa ad eum esset, honoravit eam, more solito: seditque coram eo, & dixit, Quod accidit Gjafari, ô Imperator fidelium, judicabit atque examinabit Deus: at Iahja vir senex est, qui servire tibi potest: eum autem nunc perdit carcer. &, eductis puerilibus Rasjidi

قال ولما اراد الرشيد قتله بعث
اليه مسرور ليلا فاتي به الي منزل
الرشيد واعلم الرشيد بوصوله فامره ان
ياتيه براسه فعاوده فيه مرتين فشتمه
وانكر عليه فاجتز راسه واتي به الي
منزل الرشيد وذلك في شهر المحرم ليلة
السبت وعمره سبع وثلاثين سنة * وقبض
علي ابيه يحيي بن خالد وعلي الفضل
ولده وجميع ولدهم وعمالهم وموالیهم ومن
كان ينتسب اليهم وحبسهم واستعقي
اموالهم الا محمدا ابن يحيي لم ينكبه ولم
يناله منه مكروه لانه صح عنده براته
مما دخل فيه البرامكة ثم امر الرشيد
براس جعفر فنصب علي الجسر وقطعت
جثته فنصب كل قطعة منها علي
باب ۞
وكان الفضل ووالده يحيي بالرقه ولم
يزل يحيي وابنه الفضل محبوسين الي
ان مات يحيي سنه ست وتسعين ومايه
وقيل سنة ثلاث وتسعين ومايه وكانت
مدة وزارتهم للرشيد سبع عشرة سنة
وكانوا في الجود والكرم الي الغايه
كما هو مشهور عنهم ولم يتقدمهم من هو
اكرم منهم وفيهم قال بعض الشعرا ۞

يا بني برمك واها عليكم وعلي
اوقاتكم المستقبلة *
كانت الدنيا عروسا بكم
فهي اليوم بعدكم ارملة *

ومما قيل في يحيي بن خالد في حال
حياته من قصيدة لومس النحبل *

راحة يحيي لشحت نفسه ببذل
المال *

قيل ان ام جعفر دخل علي الرشيد بعد
مقتل جعفر وكان الرشيد يكرمها
لانه رضع لبنها وكان يسميها ام
الرشيد فلما دخلت عليها اكرمها
علي عادته معها فجلست بين يدية
وقالت يا امير المومنين الذي جري
علي جعفر يقضي الله وقدره ويحيي رجل
شيخ وله عليك خدمة وقد اهلكه
السجن واخرجت ثياب الرشيد

veſtimentis, Hæc, inquit, veſtimenta ſunt, in quibus te educavi. Rasjidus autem reſpondit verſu Hamaſæ

Cum animus meus à re aliqua averſus eſt, non revertitur ad eam modo alio, in æternum.

Ad quod illa, Atque ait Poëta in eodem carmine, ô fidelium Imperator,

Excindetur è mundo; cum derelinquat me dextra tua. at vide quam ſis accepturus remunerationem.

& Rasjidus ilico caput ſuum demiſit: unde illa cognovit ijs verbis offenſum eum fuiſſe: atque exijt, neque interceſſione ſua quidquam effecit.

Ajunt autem mortuo Iahja f. Chalidis f. Barmaci, in carcere Racano, inventam fuiſſe, in ſinu ejus, ſchedulam conſignatam, eamque ad Rasjidum allatam: quam cum legiſſet, flevit, dicens, Verum ait, per Deum, Verum ait. Scriptum autem in ea fuiſſe dicitur. Præceſſit vocatus in jus, & adverſarius ſequitur; Iudex autem non indigebit teſte. *Ne multis. Transijt gloria eorum, & bona directa ſunt, ac ſi non fuiſſent.*

Eodem anno profectus eſt Rasjidus, cum copijs ſuis, donec imminuit portis Heracleæ, diripiens omnia, incendens, atque vaſtans. Petijt autem Nicephorus ab eo pacem, certæ ſummæ tributum annuum ei pollicens: quod Rasjidus non recuſavit. eoque negotio tranſacto, reverſus eſt Racam. Sed magno oborto frigore, pacem fregit Nicephorus, ſciens Muſlimos reverti ad eum non poſſe, præ nivis copia, & frigoris vehementia. quod audiens Rasjidus, difficillimo tempore ad eum reverſus eſt, eumque arctè preſſit, cervici ejus imminens. unde Nicephorus pacem probavit; attulitque pecuniam à ſe promiſſam. Et tunc ab eo diſceſſit. Nicephorus Imperator pacem cum Muſlimis facit, eamque frangit.

Eodem anno præfecit Rasjidus Aegypto Ahmedem f. Iſmaelis, Hasjemæum.

Anno 188 miſit Rasjidus exercitum bellum illatum Romanis: qui Regionem Romanorum ingreſſus eſt, per portam Safsafæ. At prodijt Nicephorus, cum magno exercitu, eis in occurſum, ceſſitque victoria Muſlimis, qui eos vicerunt. Cœpit 19 Decemb. A.C. 803. Muſlimi Romanos vincunt.

Et

في حال صغره وقالت هذه الثياب التي ربيتك فيها فقال الرشيد بيتا من شعر الحماسه ۞

اذا انصرفت نفسي عن الشي لم
تعد عليه بوجه اخر الدهر تقبل *

فقال يا امير المومنين قد قال الشاعر في هذه القصيده ۞

سيقطع في الدنيا اذا ما تركتني
بهنك فانظر اي كف تبدل *

فطرق الرشيد فعلمت ان قد اغاظه الكلام فخرجت ولم يقبل شفاعتها *

وقيل لما مات يحيي ابن خالد بن برمك في حبس الرقة وجد في جيبه رقعة مختومه فحملت الي الرشيد فلما وقف عليها بكي وقال صدق والله صدق * قيل كان فيها مكتوب قد تقدم المدعي والخصم في الاثر والحاكم لا يحتاج الي بينه * وبالجملة زالت دولهم وذهبت اموالهم كانهم لم يكونوا ۞

قال وفي هذه السنة سار الرشيد حتي اناخ علي ابواب هرقلة بعساكره ففتح وغنم واحرق وخرب فساله نقفور الموادعه علي خراج يحمله في كل سنة فاجابه الرشيد الي ذلك وتقرر الامر وعاد الي الرقة وقد وقع البرد الشديد فنقض نقفور الصلح حين علم ان المسلمين لا يطيقون العود اليه من كثرة الثلج وشدة البرد فبلغ ذلك الرشيد فرجع اليه في اصعب وقت واشده فاناخ بفنايه فاجاز نقفور الصلح وحمل المال الذي تقرر عليه فرحل عنه ۞

قال وفي هذه السنة ولي الرشيد امره مصر احمد بن اسمعيل الهاشمي ۞

وفي سنة ثمان وثمانين ومايه جهز الرشيد جيشا يغزون الصايفة فدخلوا بلاد الروم من درب الصفصاف فخرج نقفور للقايهم في جيش كثيف فكانت الكسرة للمسلمين فكسروهم

Et vulneratus fuit Nicephorus tribus vulneribus, ac Romanorum 40 millia ſunt cæſa. Muſlimi autem, multis acceptis ſpoliis, ſalvi reverſi ſunt.

وجرح نقفور ثلاث جراحات وقتل من الروم اربعون الفا وغنم المسلمون شيا كثيرا وعادوا سالمين ۞

Cœpit 8 Decemb. A. C. 804.

Anno 189 removit Rasjidus gubernatione Aegypti Ahmedem f. Iſmaelis Hasjemæum, præficiens ei . . . qui filius Zeneibæ dicebatur, &, hoc depoſito, Haſenum f. Gjamili Azdæum.

قال وفي سنة تسع وثمانين وماية صرف الرشيد عن امره مصر احمد بن اسمعيل الهاشمي وولاها ... المعروف بابن زينبه ثم عزله وولاها الحسن بن جميل الازدي ۞

Cœpit 27 Novemb. A.C.805.

Anno 190 bellum movit Rasjidus Romanis, cum centum & triginta quinque millibus, præter ſpontaneos, atque eos qui libellum non habebant: & diſtribuit copias ſuas atque cohortes per Romanorum regionem: cepitque Heracleam, & incendio eam delevit. Cepit quoque arces Sacalibam, Riſiam, & Safsafam, itemque Coloniam. Ajunt autem eum ex Heracleæ civibus captivos abduxiſſe ſedecim millia. Miſitque Nicephorus tributum ad Rasjidum, & pacem cum eo fecit: qui pactus eſt cum illo, ne Heracleam reſtauraret.

Muſlimi oppugnant regionem Romanorum.

قال وفي سنة تسعين وماية عزي الرشيد الصايفه في ماية الف وخمسة وثلاثين الفا سوي المطوعه ومن لا ديوان له وبث الجيوش والسرايا في ارض الروم وفتح هرقله وسبي اهلها وحرقها وفتح حصن الصقالبة وحصن برسبه وحصن الصفصاف وقلونيه ويقال ان الرشيد سبي من اهل هرقله ستة عشر الفا وبعث نقفور بالخراج الي الرشيد فصالحه وشرط عليه انه لا يعمر هرقله ثم جهز الرشيد جيشا الي قبرص في البحر فغزوها وهدموها وسبوا من اهلها جماعة فصالحوا على اداء الجزية ۞

Capiunt Cyprum.

Deinde miſit Rasjidus exercitum in Cyprum, per mare, eamque oppugnavit, & vaſtavit, multos ex incolis ejus captivos abducens. Hinc pax facta eſt, promiſſo tributo.

وفي هذه السنة ولي الرشيد الخصيب بن عبد الحميد خراج مصر وهو الذي قال فيه ابن دواس ۞

اذا لم تزر ارض الخصيب ركابنا
فاي فتي بعد الخصيب تزورون *
فما جاره جود ولا حل دونه ولكن
يصير الجود حيث يصير *
فتي يستري حسن الثنا بماله ويعلم
ان الدايرات تدور *

Eodem anno præfecit Rasjidus Chaſibum f. Abdulhamidæ tributo Aegypti. Atque hic ille eſt de quo Abunawas

Cum non inviſatis terram Chaſibi,
ô equites noſtri, quem puerum
poſt Chaſibum inviſetis?
Non eſt vicina ei liberalitas, neque
habitat prope eum, ſed vadit liberalitas quo vadit.
Puer emit egregiam domum, pecuniâ ſuâ, & ſcit circulos circumire.

قال وفي سنة احدي وتسعين وماية عزل الرشيد الخصيب عن خراج مصر وضم الخراج الي الحسن بن جميل فصار اليه الحرب والخراج بمصر ۞

Cœpit 16 Novemb. A.C.806.

Anno 191 removit Rasjidus præfectura tributi in Aegypto Chaſibum, eamque conceſſit Haſeno f. Gjamili. ita ut hic tributo ſimul & bello in Aegypto præfuerit.

Alis f. Iſæ.

Eodem anno removit Rasjidus Alim f. Iſæ f. Mahani gubernatione Chorasanæ, præficiens ei Hazimam f. Ajani, ut oppreſſionem illius & tyrannidē intellexerat. Hazimas autem ei præfectus, prehendit Alim f. Iſæ f. Mahani, eumque vinctum miſit ad Rasjidum.

قال وفيها عزل الرشيد علي بن عيسي بن ماهان عن خراسان وولاها هرثمه بن اعين لما بلغه عن ظلمه وجوره ولما تولاها هرثمه قبض على علي بن عيسي بن ماهان وسيره موثقا الي الرشيد ۞

Anno

Anno 192 depoſuit Rasjidus Haſenum f. Gjamili gubernatione Aegypti, & præfecit ei Melicum f. Dalhami: & hoc remoto, anno 193 Haſſanum f. Tahtahi, f. Tahtacani, qui Præfectus manſit Aegypti, donec obÿt Haron Rasjidus, Tuſi, die Sabbathi, tertio Gjumadæ poſterioris. Sepultus a. & Tuſi eſt, & oravit pro eo Iſa f. Gjafaris. Imperavit annos 23, menſem unum, & dies 19, annos natus 47, & menſem unum, aut, ut ajunt alÿ, annos 48. Quod ad formã ejus attinet. corpulentus fuit, pulcher, candidus, procerus, obeſus, jam incipiens caneſcere. comam alebat, eamque, cũ peregrinaretur, abradebat. Quod ad naturam. ſummæ inter Chalifas fuit humanitatis, & liberalitatis, (maximè in Poëtas, vehementer enim delectabatur bonis verſibus, eorumque auditu, & imitatione.) fortis, & magnanimus, multi certaminis, & peregrinationis, ita quidem ut octo, aut, ſecundum quoſdam, novem, durante Chalifatu ſuo, peregrinationes confecerit, & octo quoque certamina commiſerit. habuitque galeam cui inſcriptũ erat Peregrinans fortis eſt. *Fuit quoque magnæ devotionis, ſingulis diebus centum orans ingeniculationibus, & de ſua pecunia, ſingulis diebus, centum ſtateres pauperibus erogans. Cumque peregrinaretur, peregrinari ſolebant cũ eo centum docti. cum a. non peregrinaretur, trecentos homines ad peregrinationem inſtruxit, ſumptus ÿs ſuppeditans ſufficientes, & veſtes mundas. Neque in aula ullius Chalifæ tot convenerunt Conſiliarÿ, Iudices, Docti, Eruditi, & Poëtæ, atque in aula Rasjidi. Narrat de eo Aſmagæus, dicens. Cum ingreſſus die quodam eſſem ad Rasjidum, lacrymæ ejus in barbam defluebant, ipſo inſpiciente librum, quem ad me projecit; eratque in eo carmen hoc Abulabahiæ.*

Cœpit 8 Novemb. A. C. 807.

Rasjidi obitus.

Ætas.

Forma.

Natura.

An tu exemplum capis ab eo quem lugent hoſtes exercituum ejus?
Aut ab eo cujus luctatorium depreſſit ſeculum, & à quo ſui defecere conſanguinei?
Aut ab eo quem deſeruerunt amici patris? aut ab eo quem deſeruerunt familiares ſui.
Perijt pulchritudo faciei ejus, & ſuperſtes eſt. Vbi

قال وفي سنة اثنتين وتسعين ومايه
عزل الرشيد الحسن ابن جميل عن امره
مصر وولاها ملك بن دلهم ثم صرفه في
سنة ثلاث وتسعين ومايه وولاها الحسن
بن التحتاح بن التحتكان ولم يزل
اميرا عليها الي ان توفي الرشيد هرون
بطوس ليلة السبت لثلث خلون من
جمادي الاخره ودفن بطوس وصلي عليه
عيسي بن جعفر وكانت خلافته
ثلاث وعشرين سنة وشهر وتسعه عشر
يوما وكان عمره سبع واربعين
سنة وشهر وقيل ثمان واربعين سنة *
وصفته كان جسيما وسيما ابيض
طويلا مسمنا قد وخطه الشيب له وفرة
اد حج حلقها * وسيرته كان من
اكرم الخلفا واجودهم ولسيما في
المدح لانه كان شديد الشغف بالشعر
الجيد وسماعه والاجازه عنه وكان
شجاعا مقداما كثير الغزو الحج وحج
ثمان حجات في خلافته وقيل تسعا وغزا
ثمان غزوات وكانت له قلنسوه
ومكتوب عليها حاج عار وكان حسن
العقيدة يصلي كل يوم مايه ركعة
وتصدق كل يوم من صلب ماله بماية
درهم وكان اذا حج حج معه ماية من
الفهماء واذا لم يحج احج ثلثمايه رجل
بالنفقه السابغه والكسوة الطاهرة ولم
يجتمع بباب احد من الخلفا من الوزر
او القضاه والمحدثين والعلماء والادبا
والشعرا ما اجتمع بباب الرشيد * وحكي
الاصمغي عنه قال دخلت علي الرشيد
يوما ودموعه تسيل علي لحيته وهو
ينظر في كتاب فرماه الي واذا فيه شعر
ابي العباهية وهو ۞

هل انت معتبرا ممن حرمت علية
عدا عساكره *
وبمن ادل الدهر مصرعه فتبرات
منه عسايره *
وبمن خلت منه اسرته وبمن خلت
منه بنابره *
درست محاسن وجهه وبقي *

UNED

Vbi Reges ſunt & ubi reliqui? Iverunt via qua & tu ibis,

O eligens mundum caducum, & beatum prædicans qui cum eo gloriatur.

Accipe, quod neceſſe eſt te accipere à mũdo: ultimũ enim ejus mors eſt.

Aitque Rasjidus, Per Deum, dirigitur hic ſermo ad me, præ cæteris hominibus. Et refert Aſmagæus non multo tempore pòst eum obijſſe.

Rasjidi morbus. *Ajunt quoque Rasjidum cum exiiſſet Tuſum cœpiſſe ægrotare profluvio ſanguinis, & Medicum ſuaſiſſe eſum gjummari palmarum. Cum autẽ non eſſent Hulwani niſi duæ palmæ, ſuper clivo Hulwanenſi, Rasjidus alteram excîdit, atque, ut gjummarum ejus edit, convaluit. Cumque deinde clivum tranſiret, vidit palmam alteram ſtantem à latere exciſæ, eique inſcriptum,*

Subvenite mihi ô ambæ palmæ Hulvvani, & evitare me facite vitium hujus temporis.

Subvenite mihi, & ſuperſtites eſtote: veniet enim aliquando infortunium vobis, & ſeparabimini.

Vndè triſtatus eſt Rasjidus, & dixit, Oportuit utique me rationem veſtri habuiſſe. ſi carmen hoc audiviſſem, non excidiſſem palmam, etiamſi ſanguis me defeciſſet.

Officiales. *Conſiliarij ejus fuerunt Iahja f. Chalidis f. Barmaci, & duo filij ejus Fadlus, & Gjafar. Deinde Conſiliarium poſt eos aſſumpſit Fadlum f. Rabij. Dicitur a. & ſigillum tradidiſſe Ali f. Bactari. Et negotia ejus præcipue adminiſtravit Iſmael f. Sabihi, donec obijt. Iudices ejus fuerunt Nuhus f. Daraſi, & Hafaſus f. Ajati in regione orientali: Huſeinus autem f. Haſeni Aufæus, & deinde Aunus f. Abdallæ Maſudæus, in regione occidentali. Dicuntur quoque Muhammed f. Samaæ, Sjericus f. Abdallæ, & Alis f. Harmalæ, eo imperante, judicaviſſe. Ianitores ejus fuerunt Basjerus ſervus ejus: hinc Muhammed f. Iahjæ, f. Chalidis, f. Barmaci; deinde Fadlus f. Rabij.* Symbolum *Symbolum ſigilli ejus,* Magnitudo & potentia Dei ſunt.

Imperium. *Chronologus ait eum imperaſſe annos viginti tres, & dies ſeptuaginta octo: quorum primus dies & ultimus fuerunt Sabbathi:*

اين الملوك واين غيرهم صاروا مصيرا
انت صايره *
يا موثر الدنيا الدنيه والمستعد لمن
يفاخره *
قل ما بدا لك ان تنال من الدنيا
فان الموت اخره *
فقال الرشيد والله كاني اخاطب
بهذا دون الناس قال الاصمعي فلم
يلبث الا يسيرا حتي مات ۞
وروي ان الرشيد لما خرج الى
طوس حدث له اسهال الدم فاشار
الطبيب باكل حمار النخل فلم يوجد
بحلون الا نخلتان علي عقبة حلوان فقطع
الرشيد احداها فاكل من حمارها
فبرا فلما اجتاز بالعقبه نظر الي النخلة
الاخري قايمة بجنب المقطوعه وعليها
مكتوب ۞
اسعداني يا نخلتي حلوان واندباني
من ريب هذا الزمان *
واسعداني وابقيا ان تخشا سوف
ياتيكما فتفترقان *
فاغتم الرشيد وقال نعم علي ان اكون
بحسبكما لو كنت سمعت هذا الشعر
ما قطعت النخله ولو قللني الدم ۞
قال وكان وزراوه يحيي بن خالد
بن برمك وابناه الفضل وجعفر ثم وزر له
بعدهم الفضل بن الربيع وقيل انه دفع
خاتما الي علي ابن يقطر وغلب علي
امره اسمعيل ابن صبيح حتي مات *
قضاته نوح بن دراج وحفص ابن عبات
بالجانب الشرقي والحسين بن الحسن
العوفي ثم عون بن عبد الله المسعودي
بالجانب الغربي ويقال ان محمد ابن
سماعه وشريك بن عبد الله وعلي بن
حرمله قضوا في خلافته * حجابه بشر
مولاه ثم محمد بن يحيي بن خالد بن
برمك ثم الفضل بن الربيع * نقش خاتمه
العظمه والقدرة لله ۞
قال المورخ ان مدة خلافته ثلاث
وعشرين سنة وثمانية وسبعين يوما
اولها يوم السبت واخرها يوم السبت

elapſis annis Hegiræ centum & nonaginta duobus, & diebus centum & quinquaginta duobus; annis autem ſolaribus mundi, ſex mille & trecentis, menſibus ſex, & diebus viginti octo.

Res Chriſtianorum. Rasjidi apoplexia.

Narrant autem Chriſtianorum Hiſtoriæ Haronem Rasjidum anno 180 apoplexia laboraviſſe: cumque Medici conveniſſent, unum eorũ (qui erat filius Bahtisjui, juvenis ingenioſus, & Chriſtianus) dixiſſe, ſibi videri venam ei aperiendam eſſe. Muhammede autem Alamino dicente, futurum id nunquam eſſe, Abdalla Almamon frater ejus ait, Quandoquidem Medici jam de eo deſperant, & unanimiter moriturum eum eſſe affirmant, quid poteſt in venæ ſectione mali eſſe? & fortaſsis convaleſcet: cum alioqui neceſſariò ſit moriturus. Itaque ſecta ei vena eſt: & apertis oculis ſuis erectus ſtetit. Et narravit ei Almamon rem omnem quæ contigerat. Atque ex eo tempore amavit Rasjidus Almamonem: & adſcivit ſibi filium Bahtisjui Medicum, & conſtituit ei ſtipendium æquale ſtipendio Cuſtodis (quod centum ſaterum millium erat, in ſingulos annos) dicens, Cuſtos corpus meum, & hic animam cuſtodit.

Patriarcha Alexandrinus.

Anno 193 conſtitutus eſt Patriarcha Abuna Marcus Novus, die Solis, ſecundo Amsjiri, Alexandriæ; ſeditque annos decem, & dies ſeptuaginta; & obiit die vigeſimo ſecundo Barmudæ, anni Diocletiani 535, qui dies erat Solis, & ſanctæ reſurrectionis. Conſtitutus autem fuerat anno 23 Rasjidi. Eratque ejus tempore in Aegypto populus vocatus Filij Sjenufæ, in quo duo erant Epiſcopi, ex eorum numero qui rebelles fuerant, tempore Petri Patriarchæ, regnante Zenone. Hi ad Patriarcham Abuna Marcum accedentes, petierũt ab eo admitti: admiſitque eos, ut tentaverat eos, dicens, Non dabo vobis Epiſcopatum. ad quod illi demiſsè reſpondentes, dixerunt, Non utique nos digni ſumus Epiſcopatu, neque ſacerdotio. quibus verbis auditis, miſertus eorum eſt, eoſque Epiſcopos deſignavit. Manſerunt autem in ædibus ejus, donec duo Epiſcopi vita exceſſerunt, in quorum loca eos ſuffecit.

لتمام مايۃ اثنتين وتسعين سنۃ ومايۃ اثنين وخمسين يوما للهجرۃ ولتمام ستۃ الف وثلثماية سنۃ وستۃ اشهر وثمانية وعشرين يوما للعالم شمسية ۞

والذي ورد تواريخ النصاري ان الرشيد هرون مرض بالسكتۃ في سنۃ ثمانين ومايۃ فاجتمع الاطباء فقال احدهم وهو ابن بختيشوع وكان حدثا دكيا نصرانيا انا اري بالفصد فقال الامين محمد بن الرشيد لا يكون هذا ابدا فقال المامون عبد الله اخوه اذا كان الاطباء قد ايسوا منه فاجمعوا على موته بما بالفصد من باس فان عاش والا فالموت لابد منه ففصدوه ففتح عينيه وقام سويا فقال له المامون الصورۃ التي جرت * قال ومن ذلك الوقت احب الرشيد المامون وتميز عنده ابن بختيشوع الطبيب وقرر له من المعلوم نظير ما كان للحرسي وهو مايۃ الف درهم في كل سنۃ قال الحرسي يحرس جسدي وهذا يحرس نفسي ۞

قال وفي سنۃ ثلاث وتسعين ومايۃ قدم البطريرك ابنا مرقص الجديد يوم الاحد الثاني من اشهر بمدينۃ الاسكندرية اقام عشر سنين وسبعين يوما ومات في ثاني وعشرين برمودہ سنۃ خمس وثلاثين وخمس مايۃ لدقلاديانوس وكان يوم الاحد القيامۃ المقدسه وكانت تقدمته في السنۃ الثالثه والعشرين للرشيد * وكان بمصر في ايامه قوم يعرفون ببني شنوفه وكان منهم اسقفان من جملۃ المخالفين في زمان بطروس البطريرك في ايام مرينون الملك فحضرا الي الاب البطريرك ابنا مرقص وسالاه قبولهما وجربهما وقال لا اعطيكما اسقفية فاحاباه باتضاع وقالا ان نحن لا نستحق اسقفية ولا كهنوتا فلما سمع كلامهما تحنن عليهما ورسمهما اساقفة وصارا ملازمين قلايته الي ان ماتا اسقفان فصيرها عوضهما *

Deinde

Deinde & reliqui eorum qui rebelles extiterant, ſicuti explicuimus, reverſi ſunt, atque amicè ab eo recepti. Hoc Patriarcha dominatum obtinente, vita exceſſit Rasjidus; cujus filij cum inter ſe rixarentur, prodeuntes Chariſæi Alexandriam ceperunt, incolaſque occiderunt, & ſpoliarunt. Exiverat autem urbe Patriarcha, & annos quinque manſit ab ea abſens, deſerens Monachos, & propinquos. Illi vero incenderunt, & diripuerunt monaſteria in valle Habibo, & incenderunt quoque templa, & domicilia; ut non niſi pauci in ijs monachi remanſerint.

Chariſai Alexandriam capiunt.

Ad cathedram autem Antiochiæ quod attinet. Prodijt ibi quidam, cui nomen erat Abrahamo, tempore Cyriaci Patriarchæ. Hic novam inſtituit hæreſin, & multos habuit aſſeclas, qui Abrahamiani vocati ſunt. Vt autem obdormivit Cyriacus Patriarcha, ſucceſſit ei Dionyſius, Patriarcha Antiochenus. Hic ſynodicam ſcripſit & miſit ad Patrem Abuna Marcum Patriarcham Alexandrinum: qui reſponſum ei ſcripſit, in unitate eccleſiæ ſanctæ.

Patriarcha Antiochenus.

Abrahamiani Hæretici.

Cœpit 28 Februarij. A.C. 830.

Anno 215 abijt Almamon Bagdado oppugnatum Regionem Romanorum, idque 27 die Muharrami: pervenitque in eam regionem in Gjumada priori, obſeditque arcem Carræ, donec eam vi cepit: juſſitque eam dirui. captis autem & alijs arcibus, conceſſit Damaſcum.

Almamon Romanis bellum infert.

Cœpit 18 Februarij. A.C. 831.

Anno 216 rumore perlatum fuit ad Almamonem, Imperatorem Romanorum occidiſſe quoſdam de civibus Tarſi, & Maſiſæ, qui 1600 viri dicebantur eſſe numero. itaque profectus eſt, petens Regionem Romanorum, die 19 Gjumadæ prioris, obſeditque Antaum: cujus cives, facta pace, ad eum egreſſi ſunt. Miſit quoque fratrem ſuum Mutaſimum; qui triginta cepit caſtella. & ablegavit Iahjam f. Actemi Tawabam, qui, urbem adorſus, ferro & flamma ſæviit, & reverſus eſt in exercitū. Deinde diſceſſit Almamon Damaſcum, ubi ſubſtitit menſem Dulhiggiam. Hinc profectus eſt in Aegyptum, in quam venit die Veneris, ſeptimo Muharrami, anni 217: & bello petijt cives Taimæ, quæ ditionis eſt Aegyptiacæ, eoſque avexit captivos. atque in fine Safari hujus anni, ex Aegypto diſcedens, reverſus eſt Damaſcum, eamque ingreſſus eſt. et ſcripſit ad eum quidam filiorum Ommiæ, Merwani Himaro theſauros reconditos eſſe Hebrone, ſub columnis: juſſitque fodi eum locum, & invenit in eo ciſtas aliquot, in quibus erat varia ſupellex. atq; inter alia quæ inventa ſunt, fuerunt decem mille interulæ, in compluribus ciſtis, quarū manicæ in extremitatibus ſordidæ erant: cujus cauſam cum quæſiviſſit, reſpondit Aſmagæus, Merwanem fuiſſe voracem in ſumptione cibi, & delectatum fuiſſe renibus, cumque ovis toſta ei apponeretur, manu ſua immiſſa, renes accepiſſe, atque ita inquinatā fuiſſe manicam interulæ ejus, eumq; illa exuta aliam induiſſe. quod gratum Almamoni fuit intelligere, ab Aſmagæo; cui & interulas illas dari juſſit: & hic eas vendidit decem mille aureis.

Almamon in Aegyptum abit.

Cœpit 7 Februarij. A.C. 832.

— Textus Arabicus habet البما. ſine puncto diacritico. Renaudot. Hiſt. Patriarch. Al. legit البيما pag. 272. ex Eutychii Tom. 2. p. 429.

Veſtes Merwanis Himari inventæ.

قال وارتحل المامون من دمشق
قاصدا بلاد الروم فاناخ على لولوه ماية
يوم ثم رحل عنها وخلف عليها عجيف
فخدعه اهلها واسروه بكث اسيرا في
ايديهم ثمانية ايام ثم اخرجوه وصار توفيل
ملك الروم الى لولوه فاحتاط بعجيف
فصرف المامون الجنود اليه فارتحل توفيل
قبل موافاتهم فرجع اهل لولوه الى
عجيف بامان * وفيها صار المامون
الي سلعوس ۞

وفي سنة ثمان عشرة ومايتي رحل
المامون من سلعوس الى البروه *
وفيها وجه المامون ابنه العباس الي بلاد
الروم وامره بنزول الطوانه وبنيا بها
وبناها ميلا في ميل وجعل لها ثلاث
فراسخ واربعة ابواب ۞

قال وفيها امتحن المامون الناس
بخلق القران فكمن لم يقل بخلقه
عاقبه اشد عقوبة وكان من الممتنعين
من القول بخلق القران الامام احمد بن
حنبل رضي الله عنه فحمل اليه مقيدا
فمات المامون قبل وصوله فلما مات
المامون امتحنه المعتصم وضربه عدة
سياط * وفيها رد المامون ردا على
ولد فاطمه ۞

وفيها دخل المامون بلاد الروم
من طرسوس يوم الاربعا لثلث عشرة
ليلة بقيت من جمادي الاخرة فنزل
بالبدندون فات بها يوم الخميس لاثني
عشرة ليلة بقيت من شهر رجب بعد
العصر وقيل بعد الظهر ولما مات المامون
حمله ابنه العباس واخوه المعتصم الى
طرسوس فدفن بها فقال بعض الشعرا

هل رايت النجوم اعنت عن المامون
اى عن ملكه الماسوس *
حلفوه بماحي طرسوس منها حلفوا
اباه بطوس *

وكان مدة خلافته عشرين سنة
وخمسة اشهر وثلاثة عشر يوما وذلك
سوي سنتين دعي له فيهما بمكه
واخوه محمد الامين محصور ببغداد *

Discedens autem Almamon Damasco contendit in Regionem Romanorum, obsedit que Luluam, centum diebus. Deinde ab ea discessit, obsidioni præficiens Azifum: sed hunc deceptum cives ceperunt, utque octo dies in manibus eorum captivus mansit dimiserunt. Venitque Theophilus Imp. Rom. ad Luluam, & cinxit Azifum. sed Almamon ilico copias suas ad eum convertit, at Theophilus discessit ante earum adventum. Cives autem Luluæ ad Azifum reversi sunt, cum securitate. Eodem quoque anno abijt Almamon Salusum.

Bellũ cum Romanis continuat.

Anno 218 discedens Almamon Salusō contendit Barwam. Eodem anno misit Almamon filium suum Abbasem in Regionem Romanorum: jussitque eum considere Tawabæ, eamque restaurare, id quod fecit, ita eam ædificans, ut milliare unum longa esset, & tantundem lata, & vicos ejus constituens tres, & portas quatuor.

Cœpit 26 Ianuarij. A. C. 833.

Tawaba restaura tur.

Eodem anno tentavit Almamon populum formulâ Alcorani; gravissime puniens eos qui eam non proferrent. Inter eos autem qui id recusabant erat D. Ahmed f. Habibi f. m. qui compeditus ad eum vectus fuit; sed vita excesserat Almamon antequam ad eum perveniret. Mortuo autem Almamone, tentavit eum Mutasimus; qui multis eum plagis cæcidit. Eodem anno inclinavit Almamon vehementer ad filios Fatimæ.

Formula Alcorani. *v. notata ad p. 136.*

Eodem quoq; anno Tarso egressus, Regionem Romanorum ingressus est Almamon die Mercurij, 16 Gjumadæ posterioris, & substitit Badanduni, ubi & æger factus, obijt, die Iovis, 19 menses Regjebi, circa vesperã, aut, ut alij volunt, post meridiem. Cum autem mortuus esset, portarunt eum filius ejus Abbas, & frater Mutasimus Tarsum, ubi & sepultus fuit. Et ait Poëta quidam.

Almamonis obitus.

An vidisti astra faventia Almamoni,
& dominio ejus Masusi.
Reliquerunt eum Tarsi: sicuti reliquerunt patrem ejus Tusi.

Imperavit annos viginti, menses quinq; & dies 13, idque præter annos duos, quibus ad imperium vocatus fuerat Meccæ, cum frater ejus Alaminus obsideretur Bagdadi.

Annos

Forma. *Annos natus fuit 49, & aliquot menſes, atque dies. Formam ejus quod attinet. mediocri fuit ſtaturâ, candidus, tinctus pulchra flavedine, longâ barba, incipiens caneſcere. Sunt tamen qui dicunt rubicundum eum fuiſſe, tinctum vehementi flavedine ſubnigra.* Natura. *Quod ad naturam. fuit omnimodè excellens, liberalis, magnæ clementiæ, & boni regiminis.* Eruditio. *neque inter Abbaſidas quiſquam fuit eo eruditior, nec præſtantior. Didicerat egregiè Aſtronomiam, & ventorum ſtationes. unde &, inter peritos hujus ſcientiæ, etiam nunc, notus eſt Ventus Almamonis. Solebat autem dicere, Si ſcirent homines quanta ſit dulcedo clementiæ apud me, venirent utique ad me cum peccatis ſuis, ut veniam daremus ipſis. Vocabatur* Avo *præditus, propterea quod Rasjidus avus ejus erat. Dicitur autem ingrediente aliquando Almamone, Rasjido adfuiſſe puella cantans: quæ inter cantandum errabat. cumque errorem ejus audiviſſet Almamon, deliquium animi paſſus eſt: & puellæ color eſt mutatus. quod cum animadvertiſſet Rasjidus, quadraginta eam plagis juſſit cædi, id quod & factum fuit.*

Officiales. *Conſiliarium ſuum conſtituit poſt Fadlum f. Sahali, fratrem ejus; deinde Ahmedem f. Abuchalidis, Luſcum: hinc Ahmedem f. Ioſephi. Sunt tamen qui dicunt Almamonem poſt Fadlum nullum Conſiliarium ſibi adſciviſſe, & tantum ei fuiſſe Ianitores. fuerunt autem Ianitores ejus, Abdulhamidus f. Sjabibi, deinde Muhammed, & Alis, filij Salihi, ſervi Almanſoris; hinc Iſmael f. Muhammedis f. Salihi. Iudices ejus fuerunt Muhammed f. Omaris, Wafidæus; deinde Muhammed f. Omaris f. Abdurrahmanis, Mahrumæus: hinc Basjerus f. Walidis, & tãdem Iahja f. Actemi,* Symbolũ. *cui deinde iratus factus eſt. Symbolum ſigilli ejus fuit,* Pete à Deo, dabit tibi.

Imperium. *Chronologus ait eum imperaſſe annos 20, menſes 5, & dies tredecim: quorum initium fuit dies Lunæ, & finis, Mercurij. elapſis annis Hegiræ 217, menſibus 6, & diebus 9. annis autem ſolaribus mundi 6324, menſibus 11, & diebus ſex.*

Narrant autem Chriſtianorum hiſtoriæ

وكان عمره تسع واربعين سنة واشهرا وايامـا * وصفته كان ربعة ابيض يعلوه صفرة جميله طويل اللحيه وخطه الشيب وقبل كان اشقر يعلوه صفرة بجده حال اسود * وسيرته قال كان كامل الفضل جوادا عظيم العفو حسن التدبير لم يكن في بني العباس اعلم ولا اكبر فضلا منه وكان قد اتقن علم النجوم اتقانا جيدا وحل الزيج والزيج المامونى مشهور بين ارباب هذا العلم الى الان وكان يقول لو علموا الناس قدر حلاوة العفو عندنا تقربوا الينا بالذنوب لنعفو عنهم * وكان المامون يسمي المجدود لان الرشيد جده * قبل ان دخل المامون وبحضرة الرشيد جارية تغني فلحنت فاخذ المامون خفية عند سماعه اللحن فتغير لون الجارية وفطن الرشيد فامر ان تضرب اربعين صوطا فضربت ۞

قال ومر له بعد الفضل بن سهل اخاه ثم احمد بن ابي خالد الاحول ثم احمد بن يوسف وقبل ان المامون لم يستوزر بعد الفضل احدا انما كانوا حجابا وكان حجابه عبد الحميد بن شبيب ثم محمد وعلي ابنا صالح مولي المنصور ثم اسمعيل بن محمد بن صالح قضاته محمد بن عمر الواقدي ثم محمد بن عمر بن عبد الرحمن المخرومي ثم بشر بن الوليد ثم يحيي بن اكثم ثم سخط عليه * نقش خاتمه سل الله يعطيك ۞

قال المورخ الذي تحررت عليه مدة خلافته عشرين سنة وخمسه اشهر وثلاثة عشر يوما اولها يوم الاثنين واخرها يوم الاربعا لتمه مايي وسبع عشرة سنة وستة اشهر وتسعة ايام للهجرة ولتمام ستة الف وثلثماية اربع وعشرين سنة واحد عشر شهرا وستة ايام للعالم شمسية ۞

والذي ورد تواريخ النصاري ان

Emenda in contextu Arabico الزيج المامونى et in versione Latina. Tabulae Almamonis. v. Golius in Alfraganum. pag. 67.

البطرك ابنا مرقص بطريرك اليعاقبة بالاسكندريه توفي في ايام المامون في سنة احدي عشره ومايتين للهجرة وقدم عوضه يعقوب بطركا لليعاقبه على الاسكندريه اقام عشر سنين وثمانيه اشهر وتوفي في الرابع عشر من امشير وقيل انه قدم في السنة السادسة عشر من خلافة المامون وفي رياسته عمرت الديارات وعاد الرهبان اليها *

قال وكان في ايامه ارخن اسمه مقاره من نبروه سال البطرك ان يدخل بيته ويأكل خبزه وكان قد رزق ولدا فاجابه البطرك الي ذلك وبعد ايام يسيره مات ولد الارخن مقاره فحمله علي يديه واحضره الي الاب البطرك فاخذه منه وجعله في حضنه وصلي عليه وبكي فعاش الصبي واعطاه لابيه وقال له خذ ابنك فهو حي فوقع علي الارض خوفا عظيما وصدق بثلث ماله وسير الى القدس وعمر فيها كنيسه برسم المترددين اليها من المصريين ۞

قال وفي ذلك الوقت حضر الاب ديونيسيوس بطرك انطاكيه الى مصر صحبة عبد الله بن طاهر بن الحسين واجتمع بالاب البطرك ابنا يعقوب بطرك اليعاقبه بالاسكندرية واقام عنده اياما وعاد الي كرسيه ۞

وقال بن بطريق في ايام المامون غلب قسطنطين على مملكة الروم وطرد ابن نقفور منها ۞

Patriarcham Abuna Marcum Patriarcham Iacobitarum Alexandriæ obiisse tempore Almamonis, anno sc. Hegiræ 211: & in ejus locum suffectum fuisse Iacobum Patriarcham Iacobitarum Alexandriæ; qui, ut decem sedit annos, & menses octo, obiit, decimo quarto Amsjiri. Sunt autem qui dicunt constitutum eum fuisse anno 16 Chalifatus Almamonis. Atque eo principatum tenente, restaurata sunt monasteria, & reversi in ea monachi. Patriarcha Alexandrinus.

Hujus tempore erat Præfectus quidam, nomine Macara, è Nabruho, qui Patriarcham rogavit, ut in domum ejus ingressus, panem ejus comederet. erat autem jam tum nactus filium. & Patriarcha morem ei gessit. Post paucos autem dies obiit filius Præfecti Macaræ; qui ferens eum super manibus suis, attulit eum ad Patrem Patriarcham. Atque hic eum accepit, & in sinum suum posuit, oravitque super eo, & flevit. cumque revixisset puer, dedit eum patri suo, dicens, Accipe filium tuum jam vivum. prociditque in terram, metu magno: & tertiam facultatum suarum partem pauperibus distribuit. misitque Hierosolymam, atque extruxit ibi templum destinatum Aegyptijs illuc se conferentibus. Historia pueri à morte suscitati.

Eodem quoque tempore in Aegyptum venit Dionysius Patriarcha Antiochenus, ut conveniret Abdallam f. Taheri, fil. Huseini: adijtque Patrem Patriarcham Abuna Iacobum, Patriarcham Iacobitarum Alexandriæ, & ut aliquot dies apud eum mansit, ad cathedram suam reversus est. Ait filius Batrici, tempore Almamonis occupasse Constantinum Imperium Romanorum, atque eo expulisse filium Nicephori. Patriarcha Antiochenus. Constantinus Imperator.

CAPVT NONVM.

الثامن من الخلفا العباسيين وهو التاسع والعشرون المعتصم بالله ابو اسحق محمد بن هرون الرشيد ۞

ام ولد يقال لها ماردة وامه بويع له بالخلافه بطرسوس يوم توفي اخوه المامون وهو

Octavus Abbasidarum, & Chalifa vigesimus nonus, MVHAMMED MVTASIMVS BILLA, ABVISHACVS, f. Haronis Rasjidi.

MAter ejus genetrix nomen habuit Marudæ. Creatus fuit Chalifa eodem die quo frater ejus Almamon obiit, die

die ſcilicet Iovis, decimo octavo Regjebi, anni 218. atque eodem anno juſſit deſtrui quidquid Almamon juſſerat ædificari Tawabæ: & quæcunque in ea erant arma, inſtrumenta, atq; alia quæ transferre potuit, tranſtulit; quæ autẽ transferre non potuit, combuſſit. juſſitque in urbes ſuas migrare eos, quos Almamon habitare illic fecerat. Eodem quoq; anno abijt Bagdadum, idque ingreſſus eſt die Sabbathi, initio Ramadani: atque ibi renovata ei fuit inauguratio.

Tawaba deſtruitur.

Horrimæi hæretici,

Invaluit quoq; hoc anno potentia Horrimæorum, qui natio quædam erat vilis, & hæretica, Principem habens Babecum quendam, Horrimæum, qui, imperante adhuc Almamone, apparere cœperat: & ceperunt oppida Hamadanæ, & Gjebelæ. Sed miſit contra eos Mutaſimus magnum exercitum, qui Horrimæos fudit, & ſexaginta eorum millia cecîdit, reliquis fugientibus in Regionem Romanorum.

funduntur.

Cœpit 16 Ianuarij. A.C. 834.

Anno 219 prodijt Muhammed f. Caſimi, f. Omaris, f. Alis, f. Huſeini, f. Alis, f. Abutalibis, Talacani, deinde in Choraſana, invitans populum ad præſtandam benevolentiam generi Muhammedis: & multi mortales ſe ei adjunxerunt. Deinde inter eum & Taherum f. Huſeini multa commiſſa ſunt prælia, captuſque eſt Muhammed, & adductus ad Mutaſimum, qui in carcerem eũ conjecit, ex quo poſtea aufugit: nec ullum ejus deinde apparuit veſtigium.

Muhammed f. Caſimi imperium adfectat.

ſed capitur.

Præfecti Aegypti.

Eodem anno obijt Kendis, qui nomine Mutaſimi Gubernator erat Aegypti, cui Mutaſimus præfecit filium ejus Mutaffirum f. Kendis.

Cœpit 5 Ianuarij. A.C. 835.

Anno 220 præfecit Mutaſimus Gjebelæ, & fugando Babeco Horrimæo Afſinum f. Caweſi. Pagus autem vel civitas Babeci erat Badwa.

Badwa urbs Babeci.

Clades Babeci.

Eodem anno commiſſum fuit prælium filiorum Babeci, & Afſini, in Arſawa, quo de Babeci militibus plura centum millibus cæſa ſunt, fugitque Babecus Naucanum, & hinc Badwam.

Præfecti Aegypti.

Eodem anno obijt Mutaffirus f. Kendis, Præfectus Aegypti; cui præfecit Mutaſimus Muſam f. Abulabbaſis Sjeibanæum.

Cœpit 14 Decemb. A.C. 836.

Anno 222 cepit Afſinus Badwam, oppidum Babeci, poſt vehementem obſidionem,

يوم الخميس لاثنتي عشرة ليلة بقيت من رجب سنة ثمان عشرة ومايتي * قال وفي هذه السنة امر المعتصم بهدم ما كان المامون امر ببنايه بطوابه وحمل ما كان بها من السلاح والالات وغير ذلك مما قدر علي حمله واحرق ما لم يقدر علي حمله وامر بصرف من كان المامون اسكنه فيها من الناس الي بلادهم * وفيها صار المعتصم الي بغداد فدخلها يوم السبت مستهل رمضان وجددت له البيعه بها ۞

وفي هذه السنة قوي امر الحرميه وهولا فرقة من الفرق الباطنيه الملاحده وكان كبيرهم بابك الحرمي وكان ابتداء ظهوره في خلافة المامون فغلبوا علي بلاد همدان والجبال فوجه اليهم المعتصم جيشا كثيفا فكسر الحرميه وقتل منهم ستين الفا وهرب باقيهم الي بلاد الروم ۞

وفي سنة تسع عشرة ومايتي ظهر محمد بن القاسم بن عمر بن علي بن الحسين بن علي بن ابي طالب بالطالقون ثم خراسان يدعو الي الرضي من ال محمد فاجتمع اليه اناس كثير ثم كانت بينه وبين عبدالله بن طاهر وقعات كثيرة واخذ محمد واتي به الي المعتصم فحبسه ثم هرب من الحبس ولم يوقف له علي اثر *

وفي هذه السنة توفي كندي وكان عاملا للمعتصم علي مصر فولاها المعتصم ولده المظفر بن كندي ۞

وفي سنة عشرين ومايتي امر المعتصم بالله الافسين بن كاوس علي الجبال وهرب بابك الحرمي وكانت قرية بابك ومدينته البدق ۞

وفيها كانت وقعة بين بابك والافسين يارسو قتل فيها من اصحاب بابك اكثر من ماية الف وهرب بابك الي ثوقان ثم البدق ۞

وفيها توفي المظفر بن كندي امير مصر فولاها المعتصم موسي بن ابي العباس الشيباني ۞

قال وفي سنة اثنتين وعشرين ومايتي فتح الافسين البدق مدينة بابك بعد

حصار شديد بامان طلبه بابك فلما دخل المسلمون البلد استتر بابك وغير يسير من اصحابه في غيضه فما زال الافسين يكشف عن موضعه حتي عرف به فبعث اليه امان المعتصم فحضر فاحضر جزارا قطع يديه ورجليه ثم ذبحه وجر راسه ووجه به الي خراسان وكانت مدة ايامه مذ خرج الي حين قتل عشرين سنة ۞

قال وفي سنة ثلث وعشرين ومايتي فتح عموريه وقبل خرج توفيل ملك الروم في ماية الف فاغار علي بطره ففتحها وخربها وقتل اهلها وسباهم ومضي الي ملطيه وعبرها وقتل وسبي اكثر من الف مسلمة فبلغ ذلك المعتصم فنادي النفير وتجهز لجهاد الروم فتجهز بجهاز لم يتجهز خليفة قبله ويقال ان امراه مسلمة اسرها الروم وحلف بها فصاحت وامعتصماه فبلغ المعتصم رحمه الله فقال لبيك * فاقبل المعتصم الي بلاد الروم بجيوشه وفرقهم فدخل كل فريق من درب وفتحوا بلادا كثيرة واناخوا علي عموريه فركب المعتصم المنجنيقات والعرادات فرحف عليها وفتحها ثم رحل المعتصم فدخل وادي الحور فعطش المسلمون فغلب بعض الاسري علي بعض المسلمين فقتلوا منهم جماعة فامر المعتصم بضرب رقاب ستة الف من رعارع الروم ۞

قال وفي سنة اربع وعشرين ومايتي خرج باربا بن قارن علي المعتصم بطبرستان فحاربه عبد الله بن طاهر امير خراسان فكان بينهما حروب كثيرة اخرها ان عبد الله ظفر به وبعث به الي المعتصم فامر المعتصم بضربه حتي مات وصلب الي جانب بابك * وفيها عزل المعتصم موسي بن ابي العباس الشيباني عن امره مصر وولاها ملك الهندي ۞

promissâ securitate, quam petierat Babecus. Cum autem Muslimi urbem ingrederentur, absconderat se Babecus, cum paucis de suis militibus, in silva quadam. verum non destitit Afsinus inquirere locum ejus, donec eum novit. misitq; ad eum libellum securitatis Mutasimi: unde in conspectum ejus venit. sed fecit Afsinus adesse carnificem, qui, ut manus ei & pedes amputavit, eum mactavit, & caput ei abscidit. Tempus autem dierum ejus, ex quo primum prodiit, donec occisus fuit, annorum fuit viginti.

Badwa capitur.

Babecus necatur.

Anno 223 capta est Ammoria. Ajunt autem Theophilum Romanorum Imperatorem egressum, cum centum militum millibus, obsedisse Zabatram, eamque cepisse, & diruisse, incolas autem partim occidisse, partim captivos abduxisse: atque hinc abiisse Malatiam, & eam quoque cepisse, multosque occidisse, & plures quam mille Muslimas captivas avexisse. Hoc cum intellexisset Mutasimus, ingentem hominum multitudinem convocavit, seque armavit ad oppugnandos Romanos, & tanto belli apparatu instruxit, quanto nullus ante eum Chalifa usus fuerat. Sunt qui narrant, mulierem quandam Muslimam, cum capta à Romanis abduceretur, clamavisse & ...., Mutasimum autem, cum id audivisset, dixisse, Ego paratus sum facere quod voles. Abiit itaque Mutasimus cum copijs suis in Regionem Romanorum, easque in varias legiones partitus est, quæ singulæ per singulas montium angustias Regionem ingressæ, multa ceperunt oppida. cumque ad Ammoriam pervenissent, Mutasimus, applicatis ad eam catapultis, & balistis, adorsus eam est, atque cepit. Hinc autem discedens, ingressus est Vallem Huri. cumque siti laborarent Muslimi, captivi quidam Muslimis quibusdam prævalentes, bonam eorum partem occiderunt. At Mutasimus sex millia Romanorum, qui motum excitaverant, capite plecti jussit.

Cœpit 9 Decemb. A.C. 837.

Theophilus Imperator adoritur Muslimos.

Mutasimus Romanos oppugnat.

* O Mutasime! v. Golius ad Alfraganum. pag. 297.

& Ammoriam capit.

Cœpit 23 Novemb. A.C. 838.

Anno 224 prodiit Baraba f. Carani contra Mutasimum, in Tabristana: at bello persequutus eum est Abdalla f. Taheri Præfectus Chorasanæ, & multis inter eos commissis prælijs, tandem Abdalla eum nactus est, & ad Mutasimum misit, qui cædi eum jussit, donec expiravit: & curcifixus fuit à latere Babeci. Eodem anno deposuit Mutasimus Musam f. Abulabbasis Sjeibanæum gubernatione Aegypti, præficiens ei Melicum Hindæum.

Barabas f. Carani rebellat, & vincitur.

Gubernatores Aegypti.

Anno

Cœpit 12 Novemb. A.C. 839.

Anno 225 abalienatus fuit Mutaſimus ab Afsino, & in carcerem eum conjecit, ut infidelitatem ejus atque impietatem intellexerat. Anno a. 226 eum occidit, & crucifigi juſsit, è regione Babeci: invenitque in domo ejus idola, & libros docentes impietatem; fuerat enim paganus, neque paganiſmum mutaverat.

Afsinus necatur.

Eodem anno præfectura Aegypti Melico Hindæo erepta fuit, & data Asbaſo ſervo Mutaſimi.

Gubernatores Aegypti.

Cœpit 21 Octobris A.C. 841.

Anno 227 obiit Mutaſimus Billa, Samarræ, ajuntque, cum ſanguis ei detractus eſſet, in febrim eum incîdiſſe, & ſic obiiſſe, die decimo octavo Rabij prioris, cum imperaſſet octo annos, octo menſes, & octo dies, & natus eſſet annos 48. Quod ad formam ejus attinet candidus fuit, capillitio rufo, pulchra facie, mediocri ſtatura, prolixa barba, robuſto corpore: ferebat, uti referunt, mille libras, & paſſus aliquot cum ijs progrediebatur. Quod ad naturam. fortis, & miles ſtrenuus, tum in bello, tum in certamine pro religione: multiplicans equos bonos, exercitus, & pueros. Quin ajunt eum quinquaginta perarum millia ſibi, & pueris ſuis appendiſſe. Militum copiam tantam habuit, quantam nemo ante eum: ita quidem ut eos non caperet Bagdadum, populuſque è domibus ſuis exturbaretur. Vnde Samarram emit, atq; ædificavit, extruens etiam in ea aulam magnam. Atque in hanc urbem tranſtulit, ut eam incolerent, milites. fuitque Samarra habitaculum Chalifarum donec imperium adeptus fuit Mutadidus. Hic enim ſedem ſuam Bagdadi fixit, uti & qui ſequuti eum ſunt Chalifæ. Cæterum Mutaſimus idiota fuit, neque ſcribere novit; ſunt tamen qui dicunt male eum ſcripſiſſe. & vocatus fuit Octavianus, *quia numerus octonarius ei convenit undecim rationibus, quarum prima eſt, quod octavus fuerit filiorum Abbaſi. ſecunda, quod octavus Abbaſidarum Chalifa. tertia, quod Chalifa factus fuerit anno 218. quarta quod anni imperij ejus fuerint octo. quinta, quod mẽſes imperij ejus ſupra annos fuerint octo. ſexta, quod dies imperij ejus ſupra annos & menſes fuerint octo. ſeptima, quod ætas ejus fuerit annorum 48.*

Forma.

Natura.

Structuræ.

Cognomen.

وفي سنة خمس وعشرين ومايتي تغير المعتصم بالله علي الافسين وحبسه لما بلغه عنه من الكفر والزندقه * وفي سنة ست وعشرين ومايتي قتله وامر بصلبه بامرا بابك ووجد في بيته اصناما وكتبا تدل علي الكفر فانه كان مجوسيا ولم يتغير عن المجوسية ۞

وفي هذه السنة عزل مالك الهندي عن امرة مصر وردت الي اسباس مولي المعتصم ۞

وفي سنة سبع وعشرين ومايتي توفي المعتصم بالله بسر مر راي قيل انه احتجم فحم فمات وذلك لاثنتي عشرة ليلة بقيت من شهر ربيع الاول فكانت خلافته ثمان سنين وثمانيه اشهر وثمانية ايام وكان عمره ثمان واربعين سنة * صفته ابيض اصهب حسن الوجه مربوع طويل اللحيه شديد البدن يحمل الف رطل ومشي بها خطوات مما ذكر * وسيرته كان شجاعا غاريا موييدا في الحرب والجهاد في سبيل الله مكثرا من الخيل الحسان والعساكر والغلمان يقال انه علق خمسين الف مخلاة لنفسه وغلمانه وضبط من الجند ما لم يضبطه احد قبله حتي ضاقت بهم بغداد وبادت العامة من مساكنهم فاشتري سر مر راي وعمرها وابتنا فيها قصرا عظيما ونقل الجند فيها فاسكنهم اياها فكانت سر مر راي مقاما للخلفاء الي ان ولي المعتضد فنزل بغداد ونزلها الخلفا بعده وكان المعتصم اميا لا يحسن الكتابه وقيل انه كان يكتب ضعيفا وكان يسمي المثمن لان الثمن جعل له في احدي عشرة جهة اولها انه ثامن ولد العباس ثانيها انه ثامن خلفايهم ثالثها انه ولي الخلافة سنه ثمانيه عشره ومايتين للهجرة رابعها ان سني خلافتها كانت ثمان سنين خامسها ان شهور خلافته بعد سنيها كانت ثمانية سادسها ان ايام خلافته بعد سنيها وشهورها ثمانية ايام وسابعها ان عمره ثمانيه واربعين سنة

octava,

octava, quod natus fuerit menſe Sjaabano, qui octavus eſt menſium anni. nona, quod liberos reliquerit mares octo, & fœminas octo. decima, quod octo prælia commiſerit. & undecima quod pecuniam reliquerit, octies millies mille aureos, & octoginta ſtaterum millia. Conſiliarium ſuum conſtituit Fadlum f. Merwanis, eoque remoto, Muhammedem f. Abdulmelici, Zeïatum. Iudices ejus fuerunt Ahmed f. Abudavidis, judex judicum; Sjaïbus quoque fil. Sahali, Muhammed f. Samaæ, Abdalla f. Galibis, & Abugjafar f. Iſæ, f. Haſeni Baſræus Iudices ejus fuerunt. Ianitores habuit Muhammedem f. Hamadis, & deinde Waſifum ſervum ſuum. Symbolum ſigilli ejus fuit. Confidentia Abuishaci f. Rasjidi Deus eſt, atq; in hunc credit. Symbolū.

Imperij ejus dies primus, ait Chronologus, fuit Iovis, uti & ultimus; elapſis annis Hegiræ 226 & diebus 77; annis autem ſolaribus mundi 6333 & diebus 130. Imperium.

Quod ad ea attinet quæ tempore ejus narrant accidiſſe Chriſtianorum Hiſtoriæ. referunt Patriarcham Iacobum, Patriarcham Iacobitarum Alexandriæ obiiſſe anno Hegiræ 222, qui quintus fuit Imperij Mutaſimi, & in locum ejus ſuffectum Simonem Patriarcham, anno jam memorato, eumque ſediſſe annum unum, & vita defunctum eſſe tertio Babæ, eccleſia exiſtente in tranquillitate, & pace: mortuum autem eſſe ex morbo frigido. In vitis autem Patriarcharum dicitur tantum ſediſſe menſes ſeptem, & dies 16, eoque mortuo cathedræ vacaviſſe, & ſine Patriarcha fuiſſe annum unum, & dies 27. Anno autem 223 Hegiræ, & ſexto imperij Mutaſimi, conſtitutus eſt Abuna Ioſeph Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ, idque in Monaſterio Abumacari, in valle Habibi, die Sabbathi, 21 Haturi, anno Diocletiani 547. ſunt tamen qui dicunt eum conſtitutum tempore Almamonis f. Rasjidi, & ſediſſe annos 18, atque obdormiviſſe die Solis, vigeſimo tertio Babæ, anno Diocletiani 567. Patriarchæ Alexandrini.

ثامنها ان مولده كان في شعبان وهو ثامن شهور السنة وتاسعها انه خلف من الاولاد ثمانية ذكور وثمان بنات وعاشرها انه غزا ثمان غزوات وحاديه عشرها انه خلف من المال ثمانيه الف الف دينار وثمنين الف درهم * ووزر له الفضل بن مروان ونكبه واستوزر محمدا بن عبد الملك الزيات قضاته احمد بن ابي داود قاضي القضاة وشعيب بن سهل ومحمد بن سماعه وعبد الله بن غالب وابو جعفر بن عيسي بن حسن البصري من قضاته حجابه محمد بن حماد ثم وصيف مولاه نقش خاتمه ثقة ابي اسحق ابن الرشيد الله وبه يومن * قال المورخ ان خلافته كان اولها يوم الخميس واخرها يوم الخميس لثمة مايي سنة وست وعشرين سنة وسبعة وسبعين يوما للهجرة ولتمام ستة الف وثلثماية وثلاث وثلثين سنة ومماية وثلاثين يوما للعالم شمسيه ۞

والذي ورد تواريخ النصاري من الحواديث في ايامه ان البطرك يعقوب بطريرك البعاقبه بالاسكندرية مات في سنة اثنتين وعشرين ومايي للهجرة السنة الخامسة من خلافة المعتصم وقدم عوضه سيمان بطريرك في السنة المذكورة واقام سنة واحدة وتوفي في ثالث بابه وكانت البيعة في هدو وسلامة ومات بمرض القرس * وقبل في سير البطاركة ان مدته سبعة شهور وستة عشر يوما وخلا الكرسي بعده بغير بطرك سنة واحدة وسبعة وعشرين يوما * وفي سنة ثلاث وعشرين ومايي السنة السادسة من خلافة المعتصم قدم ابنا يوساب بطركا للبعاقبه بالاسكندريه وكانت تقدمته بدير ابي مقار بوادي هبيب يوم السبت الحادي والعشرين من هتور سنة خمسماية سبع واربعين لدقلاديانوس وقيل انه قدم في ايام المامون بن الرشيد وانه اقام ثمان عشرة سنة وتنيح يوم الاحد ثالث وعشرين بابه سنة سبع وستين وخمسماية لدقلاديانوس ۞

Hujus

Episcopus Aethiopiæ, ejicitur,

Hujus tempore in Aethiopia Episcopus fuit nomine Iaacobus; quem, cum Rex forte in bellum profectus esset, uxor Regis in exilium misit: & substituerunt in locum ejus Episcopum alium. Sed & pluvia ijs data non fuit, & percussi sunt pestilentia; ita ut regnum, magnum sentiret damnum. Episcopus autem in Aegyptum venit. Atq; ut Rex è bello reversus fuit, uxorem suam objurgavit: & misit ad Patriarcham veniam ab eo petens, eumque rogans, uti remitteret Episcopum. id quod fecit. & receperunt eum cum gaudio magno. Hoc quoque principatum tenente ordinavit Patriarcha Episcopos, eosque misit in Africam, in Pentapolin occidentalem, & Cairawanum, Atque eo mortuo vacavit cathedra dies 30. Anno autem decimo quinto Patriarchatus ejus obijt Dionysius Patriarcha Antiochenus, in cujus locum suffecerunt Abuna Iohannem: qui synodicam in religione, more recepto, scripsit, & misit ad Patriarcham Alexandrinum.

وكان في ايامه في الحبشة مطران اسمه يعقوب واتفق خروج ملكها الي الحرب فنفتة امراة الملك واقاموا عوضه اسقفا فامتنع عنهم المطر وضربوا بالوبا وانكسر الملك ووصل المطران الي مصر فلما عاد الملك من الحرب انكر علي مروجته وارسل الي البطرك واستغفر منه وساله ان يسير المطران فارسله اليهم فقبلوه بفرح عظيم * قال وفي ايام رياسته هبا البطرك اساقفة وسيرهم الي افريقيه والخمس المدن الغربية والقيروان وبعد وفاته خلا الكرسي ثلاثين يوما * قال وفي السنة الخامسة عشر من بطركيته مات ديونيسيوس بطرك انطاكيه وصيروا عوضه ابنا يوحنا وكتب سنوديقا بالامانه فارسله الي البطرك على العادة ۞

revocatur.

Patriarchæ Antiocheni.

Theophilus Imp. Romanorum.

Tempore quoque Mutasimi vita defunctus est Romanorum Imperator: cui successit in imperio Theophilus.

قال وفي ايام المعتصم مات ملك الروم وملك بعده توفيل علي الروم ۞

CAPVT DECIMVM.

Nonus Abbasidarum Chalifa, & trigesimus Rex Muslimorum HARON VVACICVS BILLA ABVGJAFAR. f. Abuishaci Mutasimi, f. Haronis Rasjidi.

التاسع من الخلفا العباسيين وهو الثلاثون من ملوك المسلمين الواثق بالله ابو جعفر هرون ابن ابي اسحق المعتصم بن هرون الرشيد *

MATER *ejus genetrix nomen habuit Faratis. Creatus fuit Chalifa Samarræ, eo die quo obijt pater ejus Mutasimus, die scil. 18 Rabij prioris, anni 227. missaque inauguratione Bagdadum, imperium illic confirmatum fuit.*

ام ولد يقال لها فراطيس وامه بويع له بالخلافه بسر مر راي يوم توفي والده المعتصم لاثني عشرة ليلة بقيت من ربيع الاول سنة سبع وعشرين ومايتي ونفذت البيعة الي بغداد واستقر الامر بها ۞

Cœpit 10 Octobris. A.C. 842.

Anno 228 removens Wacicus Iudices suos atque Scribas, magnam ab ijs pecuniæ vim sumpsit.

قال وفي سنة ثمان وعشرين ومايتي كتب الواثق بالله دواوينه وكتابه واخذ منهم اموالا عظيمة ۞

Cœpit 29 Septemb. A.C. 843.

Anno 229 deposuit Alim f. Iahjæ gubernatione Aegypti, præficiens ei Isam f. Mansoris.

وفي سنة تسع وعشرين ومايتي عزل علي ابن يحيي عن امرة مصر وولاها عيسي ابن منصور ۞

Anno 230 vita exceſsit Abdalla fil. Taheri fil. Huſeini : qui Imperator fuit egregius, excellens, magnæ auctoritatis, honorabilis, & fortis: quique Præfectus fuerat Choraſanæ, Aegypti, & Syriæ ; & ad quem confluebant viri docti, eruditi, atque poëtæ, quibus munera dabat, & magna dona. Ajunt, cum pater ejus Taherus filius Huſeini obiiſſet, ingreſſum ad eum Poëtam quendam dixiſſe ; Cœpit 18 Septemb. A.C.844. Abdalla f. Taheri moritur.

Si conſolationem non admitteret Abdalla, non diſinerent oculi à nobis flere ſanguinem.

Non moritur is cujus Abdalla eſt filius, neque pars aliqua ejus deſtructione deſtruitur.

Anno 231 obiit Wacicus die 24 Dulhiggiæ & oravit pro eo Mutewakkelus. Cauſa mortis ejus hæc fuit. Cum deditus eſſet Veneri, Medico ſuo dixit, Fac mihi medicamentum ad coitū. Reſpondit ei Medicus, Noli, ô fidelium Imperator, ſenectutē conciliare corpori tuo re venerea. At ille, Neceſſe, ait, eſt id facere. Oportet itaque, reſpondit Medicus, te uti carne leonina, deque ea ſumere quantitatem trium drachmarum, neque aliud. Hinc juſſit mactari leonem, & coqui ſibi in aceto rubro : eoq; in potu ſuo eſt uſus. verum non multò poſt obiit. cumq; jam præſens ei mors adeſſet, verſum hunc recitavit Cœpit 7 Septemb. A.C. 845. VVatici obitus.

In morte ſocij ſunt homines : neq; ſubditus ex ijs ſuperſtes manebit, neque Rex.

Deinde tapetum afferri juſſit, idque complicatum fuit : & ſternens corpus ſuum humi, cœpit dicere. O tu cujus regnum non tranſit, miſerere ejus cujus regnū tranſit. *Imperavit annos 5 mēſes 9 & dies 6. Ajunt autem, eo mortuo, cum populus jam totus eſſet in creatione Mutewakkeli, veniſſe ex horto, qui illic erat, lacertū, & oculos ejus devoraviſſe : idq; non ante fuiſſe animadverſum, quam eum lavarent. Quod ad formam ejus attinet. candidus fuit, & pulchra rubedine, in oculo dextero maculā habens albā, mediocri ſtatura, lato pectore & denſa barba. Quod ad naturam. honorabilis, fortis, amans poeſeos, eāq; remunerans: in pleriſque negotijs ſuis imitator Almamonis; hominibus quoq; proponens Formulam Alcorani,* Forma. Natura.

وفي سنة ثلاثين ومايتي توفي عبد الله
بن طاهر بن الحسين وكان اميرا
جليلا فاضلا عظيم القدر كريما شجاعا
وولي خراسان ومصر والشام وقصدوه
العلماء الشعراء واهل الادب فاجازهم
واجزل صلاتهم ويقال انه اذا توفي
والده طاهر بن الحسين دخل عليه
بعض الشعرا فانشده

لولا التسلي بعد الله ما برحت
تبكي على طاهر منا العيون دما *
ما مات من كان عبد الله
اولده ولا تضعضع ركنا منه
وانهدما *

قال وفي سنة احدي وثلاثين
ومايتي للهجرة توفي الواثق لست بقين
من ذي الحجة وصلي عليه المتوكل
وكان سبب موته انه كان موثر
النكاح فقال لطبيبه اصنع لي
دواء للباة فقال له يا امير المومنين لا
تهرم بدنك بالجماع فقال لابد منه قال
عليك بلحم السبع يوخذ منه وزن ثلاثة
دراهم لاغير فامر بذبح سبع وطبخ له
بالخل الخمر وجعل ينتقل منه علي شرابه
فاكان قليلا حتي مات فلما حضره
الموت انشد

الموت فيه الحلق بسركه لا سوقة منهم
يعفي ولا ملك *

ثم امر بالبسط وطويت ثم لصق جسده
بالارض وجعل يقول يا من لا يزول
ملكه ارحم من زال ملكه وكان
مدة خلافته خمس سنين وتسعة اشهر
وستة ايام وقيل انه لما توفي واشتغل الناس
بالبيعه للمتوكل جاء جردان من بسطان
هناك فاكل عينية ولم يعلموا به حتي
غسلوه * وصفته كان ابيض حسن الحمرة
في عينه اليمي نكتة بياض مربوعا عريض
الصدر كث اللحية وسيرته كان
كريما شجاعا يحب الشعر ويجيز عليه
وكان في اكثر اموره يبتدي فيها
بالمامون واخذ الناس بالقول بخلق

Alcorani, & puniens illos qui eam non proferebant: ita ut animos eorum ipſe à ſe abalienaret. Verſus bonos in ore habebat; & optime callebat artem cantandi, eratque ei vox celebris. Amabat autem quendam quem habebat miniſtrum, quem cum audiviſſet die quodam alij miniſtro dicentem, Ego iratus ſum Domino meo, verſus hos recitavit.

القران وعاقب من لم يقل بخلقه حتي
افسد قلوبهم وكان يقول الشعر
الجيد ويحسن صناعة الغني وله اصوات
مشهورة وكان يهوي جاريا له فسمعه
يوما يقول لخادم اخر انا غضبان على
سيدي فانشد

يا دا الذي بعماي طل مفتخرا
هل انت الا مليك جابر
اد قدرا *
لولا الهوي لبحارينا على قدر فان
افق مرة منه سوف ترا *

O tu qui divitiis meis incipis gloriari, quid tu es niſi Rex cum pervenit ad potentiam?

Niſi amor obſtaret, retribueret nobis pro viribus. ſi autem ſuperior eo evadam poſt videbis.

وكان وزيره محمد بن عبد الملك
الزيات وقاضيه احمد بن داود الابادي
حاجبه انباح ثم وصيف مولاه ثم احمد بن
عمار نقش خاتمه الله ثقة الواثق ۞

Officiales. *Conſiliarius ejus fuit Muhammed f. Abdulmelici, Zeijati. Iudex Ahmed f. Davidis Abadæus. Ianitor Ambahus, deinde Waſifus ſervus ejus, hinc Ahmed f. Amari.*

قال المورخ مدة خلافته خمس
سنين وتسعة اشهر ويوم واحد اولها
يوم الجمعة واخرها يوم الاربعا لتمام
مايتي وثلثين سنة واحد عشر شهرا
وثمانيه عشر يوما للهجرة ولتمام ستة
الف وثلثمايه وثمان وثلاثين سنة واحد
عشر شهرا وسبعه عشر يوما شمسيه
للعالم ۞

Symbolū *Symbolum ſigilli ejus fuit* Deus confidentia eſt VVacici.

Imperium *Chronologus ait eum imperaſſe annos quinque, menſes novem, & diem unum; quorum initium fuit dies Veneris, & finis Mercurij; elapſis annis Hegiræ 230, menſibus undecim, & diebus 18: annis autem ſolaribus mundi 6338, menſibus 11, & 17 diebus.*

قال وفي ايامه مات توفيل ملك
الروم وملك بعده ابنه ميخاييل على
الروم ۞

Michaël Imperator Rom. *Atque hujus tempore obijt Theophilus Imperator Romanorum, cui ſucceſſit in imperio filius ſuus Michaël.*

CAPVT VNDECIMVM.

Decimus Chalifa Abbaſidarum, & trigeſimus primus Rex Muſlimorum, GJAFAR, ABVLFADLVS, MVTEVVAKKELVS ALALLA f. Abuiſhaci Mutaſimi f. Haronis Rasjidi.

العاشر من الخلفا العباسيين وهو
الحادي والثلثون من ملوك المسلمين
المتوكل على الله ابو الفضل
جعفر بن ابي اسحق
المعتصم بن هرون
الرشيد *

وامه ام ولد تركيه يقال لها
سجاع بويع له بسر من راي
يوم توفي اخوه الواثق لست
بقين من ذي الحجة سنه
احدي وثلاثين ومايتي * قال ولما توفي
الواثق اجمع راي احمد بن ابي داود ومحمد

MAter ejus genitrix Turca fuit, & dicta Segjaïs. Creatus eſt Chalifa Samarræ, eodem die quo obijt frater ejus Wacicus, vigeſimo quarto Dulhiggiæ anni 231. Cum autem obijſſet Wacicus viſum fuit Ahmedi f. Abudavidis, & Muhammedi

f. Abdulmelici Zeïati, Conſiliario, & Waſifo Turcæ, & aliquot aliïs, Chalifam creare Muhammedem f. Wacici, id eſt Muhtadim; qui parvus adhuc erat puer. itaque eum accerſitum induerunt veſtibus Chalifatus. verum cum parvi facerent eum, dixit iïs Waſifus, An non timetis Deum, quod hujuſmodi puerum Chalifatui præficiatis? Hinc diſceptarunt inter ſe: & accerſivit Iudex Ahmed f. Abudavidis Gjafarem f. Mutaſimi, eumque longa induit veſte, & inter utrumque oculum eſt oſculatus, ſalutans eum Imperatorem fidelium, & cognominans Mutewakkelum. populuſque eum unanimiter Imperatorem agnovit.

Muhammed fil. VVacici.

Mutewakkelus.

Anno 232 dedit Mutewakkelus præfecturam Aegypti Ambaho. At deinde ea conceſſa fuit Muſtanſiro f. Mutewakkeli.

Cœpit 28 Auguſti. A.C. 846.

Anno 233 iratus eſt Mutewakkelus Conſiliario ſuo Muhammedi f. Abdulmelici Zeïati, eumque in carcerem conjecit, conſtituens quendam qui vigilare eum faceret, & ne ſomnum caperet impediret. atque is aliquot id fecit dies. deinde relictus fuit, ut dormiret: &, cum diem ac noctem dormiviſſet, primum evigilavit. Hinc calefecit ei furnum ferreum, intus clavos habentem, donec ignitus factus eſt: atque in eo cruciatus eſt donec obÿt. Sunt tamen qui dicunt eum ſuper ventre ſuo quinquaginta cæſum fuiſſe plagis, & totidem ſuper dorſo ſuo, ac ſub ictibus expiraviſſe. Cauſa autem hujus fuit, quod, vivo adhuc Wacico, malefeciſſet Mutewakkelo; qui hoc ei ſic rependit. Noverat autem Conſiliarius hic linguam vulgarem, & Grammaticam, item Poëticam, & bene legere atque ſcribere. Sed ſtultus erat, ſuperbus, valde glorioſus, magnæ iniquitatis, parvæ miſericordiæ & pudoris, avarus dignitate ſua, & pecunia: neq; ſcitur cuiquam beneficiſſe. quin dicere ſolitus erat, Miſericordiam imbecillitatem quandam eſſe in natura: Liberalitatem autem ſtultitiam. Carmina etiam fecit quorum unum hoc eſt in carcere ab eo factum

Cœpit 17 Auguſti. A.C. 847.

Muhammedis fil. Abdulmelici calamitas,

ſcientiâ,

natura,

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

بن عبد الملك الزيات الوزير وصيف التركي وجماعه على ان يولوا الخلافه محمدا بن الواثق وهو المهتدي فاحضروه وهو صبي صغير والبسوه ملابس الخلافه فاستصغروه فقال لهم وصيف اما تتقون الله تولون مثل هذا الخلافة ثم تناضروا فاحضر القاضي احمد بن ابي داود جعفر بن المعتصم فالبسه الطويله وقبل بين عينيه وقال السلام عليك يا امير المومنين ولقبه المتوكل فاتفقوا وبايعوه الناس ۞

قال وفي سنة اثنتين وثلاثين ومايتي جعل المتوكل امرة مصر لانباح ثم بعد ذلك ردت الى المستنصر بن المتوكل ۞

وفي سنة ثلاث وثلاثين ومايتي غضب المتوكل علي وزيره محمد بن عبد الملك الزيات وحبسه وكل به من يساهره ويمنعه النوم ففعل به ذلك اياما ثم ترك لينام فنام يوما وليلة ثم سهر بعد ذلك وسخن له تنورا من حديد في داخله مسامير حتي صار جمرا ثم عذب به الى ان مات وقيل انه ضرب علي بطنه خمسين صوطا وعلي ظهره مثلها ومات تحت الضرب وكان السبب انه اسدي الي المتوكل قبيحا في حياة الواثق فقابله على ذلك وكان الوزير هذا عالما باللغة وبالنحو والشعر والترسل والكتابه لكنه كان احمق متكبرا شديد العجب كثير الظلم قليل الرحمة قليل الحيا بخيلا بجاهه وماله لم يعرف له احسان على احد وكان يقول الرحمة خور في الطبيعة والسخا حمق وله شعر في جملته وهو في الحبس هي

السبيل لمن يوما الى يوم كانه ما
تريك العين في النوم *
لا تعجبان رويدا انها دول دنيا
تنقل من قوم الى قوم *
ان المنايا وان اصبحت دا فرح تحوم
حولك حوما ايما حوم *

UNED

Cœpit 26 Iulij. A.C 849. *Anno 235 designavit Mutewakkelus futurum successorem suum filium suum Mustansirum Billa: post hunc a. filium suum Mutazzum Billa; & post hunc filium suum Muaijadum Billa. idque die Sabbathi 29 Dulhiggiæ. deditque singulis duo vexilla, nigrum unum, quod vexillum erat Fœderis, & alterum album, quod Præfecturæ.*

Portio Mustansiri. *& assignavit filio suo Mustansiro Africam, & Occidentem totum, inde ab Arisja Aegypti, ad finem usque Imperij sui in Occidente; nec non provinciam Kinnasrinæ, Awasimam, Syriam, Mesopotamiam, Diarbecram, Diarrebiam, Mausilam, Hababam, Ajatam, Chaburam, Karkisiam, Tecritam, Regionem Tigris, Meccam & Medinam, Aljamanam, Hadramutam, Iamamam, Bahrainam, Sindiam, quæque ei adjacent, Ahwazam, Sacalas, Samarram, Cufam, Maseidanam, Hazranam, Sjahruzuram, Commam, Casanam, & Gjebalam, agrosq; ab ea dependentes.*

Mutazzi. *Filio autem suo Mutazzo Billa assignavit regionem Chorasanæ, quodque ab ea dependet, itemque Tabristanam, Raijam, Regionem Persiæ, Armeniam, & Aderbigjanam. Anno autem quadragesimo supra ducentesimum assignavit ei quoque æraria omnium provinciarum, & officinas monetarias; justsitque nomen ejus cudi super stateribus.*

Muaijadi. *Filio autem suo Muaijado Billa assignavit provincias Damasci, Emessæ, Iardanæ, & Palæstinæ. Atque in laudem eorum ait Ibrahimus filius Abbasis.*

Claret potentia Islamismi ligata auxilio, virtute, & corroboratione,

Per Chalifam ab Hasjemo, & tres, qui circumdant Chalifatum Socios fœderum.

Circum lunam munus suum obeunt lunæ ejus, & juvant ortum auxilij ejus auxilijs suis.

Cingunt eos patres; & auxilium ijs ferunt, inceduntque cum honore suo, & avorum.

Cœpit 4 Iulij. A.C. 851. *Anno 237 præfecit Mutewakkelus Alalla Muhammedem f. Abdallæ f. Taheri, f. Huseini Sartæ, & ditionibus Sawadæ, & vicariatui suo Bagdadi.*

قال وفي سنة خمس وثلاثين ومايتي
عقد المتوكل البيعة بولايه عهده لابنه
محمد المستنصر بالله ثم بعده لابنه المعتز
بالله ثم بعده لابنه ابرهيم المويد بالله
ودلك يوم السبت للبلتين بقين من ذي
الحجة وعقد لكل واحد منهم لوايين
احدهما اسود وهو لواء العهد والاخر
ابيض وهو لواء العمل وضم الى ابنه
المستنصر افريقيه والمغرب كله من
عريش مصر الي حيث بلغ سلطانه من
المغرب وجند قنسرين والعواصم والشام
والجزيرة وديار بكر وديار ربيعه
والموصل وهيب والعايات والخابور
وقرقيسيا وتكريت وكور دجله
والحرمين واليمن والحضرموت واليمامه
والبحرين والسند وما ولاها والاهواز
والسقالات وسر من راي والكوفه
وماسبدان والهجران وشهرزور وقم
وقاسان والجبال والضياع المنسوبه اليها
وصدقات المغرب بالبصره * وضم الى
ابنه المعتز بالله كور خوراسان وما
يضاف اليها وطبرستان والري وكور
فارس وارمينيه واذربيجان وضم اليه
في سنة اربعين ومايتي خزن الاموال
في جميع الافاق ودور الضرب وامر
بضرب اسمه علي الدراهم * وضم الى
ابنه المويد بالله جند دمشق وحمص
والاردن وفلسطين فقال ابرهيم بن
العباس يمدحهم

اصبحت عري الاسلام وهي منوطه
بالنصر والاعزاز والتاييد *
بخليفه من هاشم وثلاثة كفوا
الخلافة من ولاة عهود *
ثم تولت حوله اقماره يكيفن مطلع
سعده بسعود *
كفلهم الابا واكسفت لهم فسعوا
باكرام نفس وجدود *

قال وفي سنة سبع وثلاثين ومايتي
ولي المتوكل على الله محمدا بن عبد
الله بن طاهر بن الحسين الشرطة واعمال
السواد وخلافته ببغداد ۞

Anno ducenteſimo trigeſimo octavo vita exceſſit Abdurrahmen f. Hakemi, fil. Hisjami, Amawæus, Rex Hiſpaniæ, ut imperaverat annos triginta unum, & menſes quinque: atque Imperator deſignatus eſt filius ejus Muhammed. Cœpit 4 Iun. A.C. 852. Abdurrahmen Rex Hiſpaniæ moritur.

Anno 241 adorſi ſunt Romani Aincarjam, & captivos abduxerunt quicunque in ea erant milites, cum uxoribus eorum & liberis. Eodem quoque anno prælia aliquot commiſſa ſunt à Muſlimis & Romanis. Cœpit 22 Maij. A.C 855. Romani oppugnant Muſſimos.

Anno 242 egreſſi ſunt Romani è tractu Sjimsjatæ, donec pervenerunt Amidam. Deinde egreſſi finibus Meſopotamiæ diripuerunt multos pagos, & captis circiter decem mille hominibus, in regionem ſuam reverſi ſunt. Cœpit 10 Maij. A.C 856.

Eodem anno terræ motus terribiles contigerunt in Comaſa & pagis ejus, idque menſe Sjaabano, & corruentibus ædificijs, ad 45 hominum millia ſub ijs perierunt. & major quidem eorum pars interijt in Damijs. In Perſia quoque Choraſana & Syria hoc anno contigerunt terræ motus, & ſonitus inſoliti; uti & in Aljamana, cum magna deſtructione. Terræ motus horribilis.

Anno 243 abijt Mutewakkelus Damaſcum, die vigeſimo Dulhiggiæ. Anno autem 244 conſtituit conſidere Damaſci, eoque transferre æraria. & menſe Safaro juſſit ſtructuras aliquot in ea excitari. Mox ſeditionem moverunt ob ſtipendia ſua Turcæ; quibus ille dari juſſit quod eos pacaret. Deinde averſus eſt animus Mutewakkeli à Damaſco, & rediit Samarram, cum ſubſtitiſſet Damaſci menſes duos, & aliquot dies. Samarram autem ingreſſus eſt die Lunæ, 22 Gjumadæ poſterioris. Cœpit 30 Aprilis. A.C. 857.

Anno 245 terræ motu concuſſæ ſunt urbes Occidentis, ita ut arces, domicilia & pontes corruerint. Aula quoque Mutewakkeli, quæ Bagdadi erat, motu concuſſa fuit: uti & Madajinum, Baliſum, Raka, Harrana, Raſulainum, Emeſſa, Damaſcus, Ruha, Tarſus, Maſiſa, Adana, & littora Syriæ. Tremuit quoque Ladikia, ita quidem ut non niſi pauca in ea domicilia eſſent, è quibus non effugerent homines. Cœpit 8 Aprilis. A.C. 859. Terræ motus magnus.

Eodem

وفي سنة ثمان وثلاثين ومايتي توفي عبد الرحمن بن الحكم بن هشام الاموي ملك الاندلس فكانت مدة خلافته احدي وثلاثين سنة وخمسة اشهر وبويع لولده محمد بالخلافه ۞

وفي سنة احدي واربعين ومايتي عارت الروم علي عين قرية واسرت من بها من الشرط مع نسايهم وذراريهم * وفيها كانت وقعات بين المسلمين والروم ۞

وفي سنة اثنتين واربعين ومايتي خرجت الروم من ناحية شمشاط حتي قاربوا امد ثم خرجوا من الثغور الجزرية فانتهبوا عدة قري واسروا نحو من عشرة الف انسان وانصرفوا الي بلادهم * وفيها كانت زلازل هايلة بقومس وراتيقها وذلك في شعبان فهدمت الدور ومات فيها من الناس نحو من خمسة واربعين الفا وكان اكثر ذلك بالدامغات وكان بفارس وخراسان والشام في هذه السنة زلازل واصوات منكرة وكان باليمن ايضا مثل ذلك مع خسف كان بها ۞

قال وفي سنة ثلاث واربعين ومايتي صار المتوكل الي دمشق لعشر بقين من ذي الحجة * وفي سنة اربع واربعين ومايتي عزم المتوكل علي المقام بالدمشق وتحويل خزاين المال اليها وامر بالبنا بها في صفر فتحرك الاتراك في ارزاقهم فامر لهم بما ارضاهم ثم انثني عزم المتوكل عن دمشق ورجع الي سر من راي وكانت مدة مقامه بدمشق شهرين وايامًا فدخل سر من راي يوم الاثنين لسبع بقين من جمادي الاخرة ۞

وفي سنة خمس واربعين ومايتي زلزلت بلاد المغرب حتي تهدمت الحصون والمنازل والقناطر وزلزل عسكر المتوكل ببغداد وزلزلت المدايين وبالس والرقة وحران وراس العين وحمص ودمشق والرها وطرسوس والمصيصة وادنا وسواحل الشام ورجفت اللاذقية فما بقي فيها منزل والا افلت من اهلها *

Eodem anno defecerunt venæ fontis Meccani, ita ut unus uter aquæ centum veniret Terræ motus. *stateribus. Eodem quoque anno magnus accidit Antiochiæ terræ motus atq; tremor, qui multos mortales ſuſtulit; quoque, uti ajunt, mille & quingenta conciderunt ædificia, & plures quam nonaginta turres muri ejus collapſæ ſunt. & auditi ſunt ſonitus terribiles, & tremebundi, ex ædificiorum ruinis. fugitq; populus in campos. & avulſus mons ejus Acraüs in mare cecidit, unde id conturbatum fuit, aſcenditque ex eo fumus niger, obſcurus, & male olens. Evanuit quoque eo anno fluvius ad paraſangam, neque ſcitur quo abierit. Commemorat hæc liber Tabaritæ, qui fide eſt dignus.*

Menſura. Nili. *Eodem anno ſignificatum eſt Mutewakkelo, Menſuram Nili in Aegypto collapſam eſſe: juſſitque menſuram extrui in inſula: quod factum eſt: eaque vocata fuit menſura nova.*

Cœpit 29 Martij. A.C.860. *Anno 246 Romanorum terras oppugnavit Omar f. Abidi Actaüs, atque ex ijs avexit 70 hominum millia. Fadlus autem* Muſlimi Romanos. oppugnant *f. Farani oppugnavit mare, viginti navibus, & cepit arcem Antiochiæ. Et Alis f. Iahjæ oppugnavit Arſiam; atque avexit quinque hominum millia, & circiter decem millia beſtiarum. Eodem anno conceſſit Mutewakkelus in urbem ſuam quam ædificaverat in Machura, atque in ea aliquamdiu manſit. Eodem quoque anno captivorum redemptio facta eſt à Muſlimis & Romanis, & liberati ſunt 2367* Sanguinea pluvia. *homines. Rumor quoque venit eo anno in tractu Balahæ ſanguinem pluiſſe valde rubrum.*

Cœpit 17 Martij. A.C.861. *Anno 247 occiſus eſt Mutewakkelus: idque hoc modo accidit. Statuerat Mutewakkelus orare coram hominibus, ultimo die Veneris menſis Ramadani, Samarræ. quod cum divulgatum eſſet, convenerunt, & congregati ſunt homines, & adfuerunt quoque Hasjemidæ, & alij. dixeruntq; Fatahus f. Chacani, & Abdalla f. Iahjæ, O Imperator fidelium, convenerunt homines, & plures ſunt quam domeſtici tui, & reliqui: atque eorum alij injuriam intulerunt, alij paſſi ſunt: alij ea quærunt quibus indigent.*

الا اليسير وذهبت جبله باهلها وفيها عارت مسانيف عين مكة حتي بلغت القربة الماءماية درهم * قال وفي هذه السنة كانت زلزلة عظيمة بانطاكية ورجفة قتلت خلقا كثيرا وسقط فيها علي ما ذكر الف وخمساية دار وسقط من سورها ثيف وتسعين برجا وسمعوا اصواتا هايلة مرجفه من كوي المنازل وهرب اهلها الي الصحاري وتقطع جبلها الاقرع وسقط في البحر فهاج البحر في ذلك وارتفع منه دخان اسود مظلم منتن وعار فيها نهر علي فرسخ لا يدري اين ذهب ذكر هذا كتاب الطبري والعدة عليه ۞

قال وفي هذه السنة انتهي الي المتوكل ان المقياس بمصر قد فسد فامر ان يعمل مقياس في الجزيرة وعمل وسمي المقياس الجديد ۞

قال وفي سنة ست واربعين ومايتي غزا عمر بن عبيد الاقطع الصايفه فاخرج منها سبعين الف راس وغزا الفضل بن قارن البحر في عشرين مركبا فافتتح حصن انطاكية وغزا علي بن يحيي الارمني فاخرج خمسة الف راس ومن الدواب نحو من عشرة الف * وفيها تحول المتوكل الي مدينته التي بناها بالماخورة فنزلها * وفي هذه السنة كان الفدا بين المسلمين والروم ففدي بالفي وثلثماية سبعة وستين نفسا * وفيها ورد الخبر ان ناحية بلخ مطرت دما عبيطا ۞

وفي سنة سبع واربعين ومايتي كان مقتل المتوكل وكان من حديث ذلك ان المتوكل عزم ان يصلي بالناس اخر جمعة في شهر رمضان بسر من راي فشاع الخبر بذلك فاجتمع الناس واحتشدوا واحضر بنوا هاشم وغيرهم فقال له الفتح بن خاقان وعبد الله بن يحيي يا امير المومنين الناس قد اجتمعوا وكثروا من اهل بيتك وغيرهم فبعضهم ظالم وبعضهم مظلوم وبعضهم طالب حاجة

Imperator

وقد اشتكي امير المومنين توعكا وضيق صدر فان راي ان يامر بعض اولاده ولي العهود ان يصلي بالناس ونحن معه فاجاب الي ذلك وامر ولده المستنصر ان يصلي بالناس فلما نهض ليركب قال الفتح وعبد الله للمتوكل ان راي امير المومنين ان يامر المعتز بذلك فاشتد علي وصلي المعتز بالناس ثم جاء العيد فامر المتوكل المستنصر ان يصلي بالناس فاشار الفتح ابن خاقان وعبد الله بن يحيي ان يصلي المتوكل بنفسه ليراه الناس خوفا ان يرجفوا بمرضه فركب المتوكل وصلي بالناس وخطب بهم وعاد الي قصره المعروف بالجعفري واعري بابنه المستنصر وكان يتوعده ويسبه ويسب امه ويامر من يحضر مجلسه من اهل السخف يسبه فسعي في قتل والده ووافقه علي ذلك جماعة من الاتراك والموالي فلما كان ليلة الاربعا لاربع خلون من شوال وجد الفرصه في ذلك وكان المتوكل يشرب في قصره مع ندمايه وقد سكر فدخل نوغا الصغير الي المجلس وامر الندما بالانصراف الي حجرهم فانصرفوا ولم يبق عنده الا الفتح بن خاقان واربعة من الخدم وكان نوغا قد غلق الابواب كلها الا باب الشط واخذ المستنصر مراقبة التركي الحاجب فشغله بالمشي معه وحادثه ودخل الغلمان المعينون لقتل المتوكل من باب الشط وبايديهم السيوف مسلله فاول من ضرب المتوكل منهم ياغر فقطع حبل عاتقه فقال مهلا قطع الله يدك ثم اراد الوثوب واستقبل الضرب بيده فابانها واجهزوا عليه السيوف فقال الفتح بن خاقان ويلكم امير المومنين فقال نوغا الا تسكت يا خلفي فرمي الفتح بنفسه علي امير المومنين المتوكل فمنعه واخذ منهم بسيفه فنجي وصاح الموت فقتلوه وقتل المتوكل وقطعوها

Imperator a fidelium conqueſtus eſt ſe minus benè valere, & pectoris anguſtia laborare. Itaque, ſi viſum ei eſt, præcipiat uni è filijs ſuis Socijs fœderum, ut oret coram populo. nos autē ei aderimus. Mutewakkelus morem ijs gerens, juſsit filium ſuū Muſtanſirum orare coram populo. Cumque ſurrexiſſet aſcenſurus (equum,) dixerunt Fatahus & Abdalla, Si viſum eſt Imperatori fideliū, jubeat id facere Mutazzum. verum ille noluit Mutazzum orare coram populo. Cumq; adveniſſet feſtū, juſsit Muſtanſirum orare. ſed ſuaſerunt ei Fatahus f. Chacani, & Abdalla f. Iahjæ ut ipſe Mutewakkelus oraret, ut populus eum videret, neq; propter morbum ejus tumultum excitaret. Itaque aſcendit Mutewakkelus, & oravit coram populo, atque concionatus eſt, ac reverſus in aulam ſuam dictam Gjafariam. Deinde filium ſuum Muſtanſirum convenit, eique minatus eſt, atque eum, & matrem ejus reprehendit, jubens quoque eos qui in cubiculo ejus aderant, viros judicio pollentes eum reprehendere. Hinc ille ſtuduit patrem ſuum interficere: qua de re aſſenſi ei ſunt Turcæ aliquot, & ſervi. Cumque dies factus eſſet Mercurij, quartus Sjewali, occaſionem ad id nactus eſt. Erat enim Mutewakkelus, in aula ſua, cum compotatoribus ſuis potans: cumque ebrius factus eſſet, ingreſſus eſt Nuga minor in cubiculum, juſsitque compotatores illos domum ire. nec quiſquam apud eum manſit, præter Fatahum f. Chacani, & quatuor miniſtros. Nuga autem januas omnes clauſit, præter januam ripæ. Et Muſtanſirus adorſus Razacam Turcam Ianitorem, fecit eum occupatum eundo cum ipſo, & colloquendo. Hinc ingreſſi ſunt ſervi deſtinati cædi Mutewakkeli, per portam ripæ, manibus ſuis tenentes gladios evaginatos. Primus autem eorum qui Mutewakkelum percuſsit, Iaazus quidam fuit. hic cum vinculum ſcapulare ejus abſcidiſſet, dixit Mutewakkelus, Quieſce, Deus tibi manum amputet. voluitque in eum irruere, & verberaturus eum erat manu ſua, quam jam extenderat: ſed illi ilico adorſi eum ſunt gladijs ſuis. & dixit Fatahus f. Chacani, Væ vobis, Imperator fidelium eſt. At Nuga reſpondit, Nunquid taces adverſarie? Verum Fatahus ſe ipſum conjecit ſuper Imperatorem, eum protecturus. & abreptus ab ijs, cum gladio ſuo, receſſit, clamans, Mors! unde eum occiderunt: & interfecerunt quoque Mutewakkelum: atque ambos truncarunt.

Hinc,

Hinc egreſſi ad Muſtanſirum, ſalutarunt eum Imperatorem. Ajunt quoque Muſtanſirum ſapientes conſuluiſſe de cæde patris ſui, & narraviſſe de eo res turpes; eoſque

Cauſa odij Muſtanſiri.

ſuaſiſſe, ut eum occideret. Inter cætera autem, quæ Muſtanſirum filium ejus provocarunt, hoc fuit, quod valde odiſſet Alim f. Abutalibis, eumque ſæpe vilipenderet atque contemneret. Cumque die quodam tale quid feciſſet, iratus ei eſt Muſtanſirus, & mutatus eſt vultus ejus: quod videns Mutewakkelus dixit,

Iraſcitur puer filio patrui ſui. hæret puer in utero matris ſuæ.

Imperavit annos 14, menſes 10, & dies

Forma.

tres, annos natus 40. Quod ad formam ejus attinet. fuſcus fuit, procerus, macilentus, ſubtilis rubedinis, colore vergente ad

Natura.

flavedinem. Quod ad naturam. munificus, liberalis, valde benignus, & ſuaviter

Officiales.

cum ſuis converſans. Cum Chalifatum adeptus eſſet, ſuſtulit tentationem ab hominibus; & ordinatus fuit mundus. floruerunt ejus tempore viri excellentes, docti, atque eruditi. Conſiliarij ejus fuerunt Muhammed f. Abdulmelici, Zeijatus: quo occiſo, Conſiliarium ſuum conſtituit Muhammedem f. Fadli, Gjorgjanæum; & hinc Abdallam f. Iahjæ f. Chacani. Iudices habuit Iahjam f. Actemi (quem depoſuit, eripiens ei pecuniam ſuam, quæ centum millium aureorum ſummam dicitur attigiſſe.) deinde Gjafarem f. Muhammedis Barhamæum, hinc Gjafarem f. Abdallæ, f. Gjafaris, Hasjemæum. Dicitur quoque dignitate removiſſe Ahmedem f. Davidis, qui promoverat eum ad Chalifatum. Ianitores ejus fuerunt Waſifus Turca, hinc Muhammed f. Aſimi, deinde Iaacobus f. Coſaræ, poſtea filius Marzabani, & tandem Ibrahimus f. Haſeni, f. Sahali.

Symbolū. *Symbolum ſigilli ejus fuit,* In Deo meo eſt fiducia mea.

Imperium. *Chronologus ait eum imperaſſe annos 14, & dies 275, quorū initium fuit dies Iovis, ut finis Mercurij; elapſis annis Hegiræ 246, & menſibus novem; annis autem ſolaribus mundi 6353, menſibus tribus, & dies 14.*

Patriarchæ Alexandrini. *Narrant autem Hiſtoriæ Chriſtianorum Patriarcham Iacobitarum Abuna Ioſephum*

ثم خرجوا الى المستنصر فسلموا عليه بالخلافه وذكر ان المستنصر بالله كان قد استفتي الفهما في قتل ابيه وحكي عنه امور قبيحة فاشاروا بقتله ومن جملته ما يقم عليه المستنصر ولده انه كان يعلو في بغض علي بن ابي طالب ويكثر الوقيعة فيه والاستخفاف به قال وفعل بعض الايام شيا من ذلك فغضب عليه المستنصر وتغير وجهه وراه المتوكل فقال

غضب الفتي لابن عمه راسي الفتي في حرامه *

وكانت خلافته اربع عشرة سنة وعشرة اشهر وثلاثه ايام وكان عمره اربعين سنة * صفته اسمر طويلا نحيفا خفيف العارضين رقيق السمره يضرب لونه الي الصفرة * سيرته سمحا جوادا طيب المفاكهة لين الجانب لاصحابه * قال ولما افضت اليه الخلافة رفع المحنة عن الناس وصفت الدنيا وخطي في ايامه الفضلا والعلما واهل الادب * وزراوه محمد بن عبد الملك الزيات ثم قتله ووزر له محمدا بن الفضل الجرجاني ثم عبد الله بن يحيي بن خاقان * قضاته يحيي بن اكثم ثم عزله واخذ ماله قيل ان مبلغه مايه الف دينار ثم جعفر بن محمد البرمكي ثم جعفر بن عبد الله بن جعفر الهاشمي وقيل انه نكب القاضي احمد بن ابي داود الذي اشار بولايته الخلافه * حجابه وصيف التركي ثم محمد بن عاصم ثم يعقوب بن قوصره ثم ابن المرزبان ثم ابرهيم بن الحسن بن سهل * نقش خاتمه علي الاهي توكلي ✡

قال المورخ مدة خلافته اربع عشرة سنة ومايتي خمسة وسبعين يوما اولها يوم الخميس واخرها يوم الاربعا لتمة مايتي ست واربعين سنة وتسعة اشهر للهجرة ولتمام ستة الف وثلثمايه ثلاث وخمسين سنة وثلاثه اشهر واربعة عشر يوما شمسيه للعالم ✡

والذي ورد تواريخ النصاري ان بطرك البعاقبه ابنا يوساب

obijſſe tempore Mutewakkeli anno videlicet 242, & cathedram poſt ipſum vacaviſſe dies triginta, atque in locum ejus ſubſtitutum fuiſſe Abuna Chaijlem, qui presbyter dicitur fuiſſe in monaſterio Abu-Iohannis. Conſtitutus autem fuit decimo quarto Haturi, anno decimo Chalifatus Mutewakkeli: utque annum ſedit unum, & menſes quinque, obijt, die duodecimo Barmudæ, anno Diocletiani 567; & ſepultus fuit in monaſterio Abu-Macari. Atque hic primus eſt Patriarcha, qui in illo monaſterio ſepultus fuit. vacavitque poſt eum cathedra dies 81.

Anno autem 244 Hegiræ, duodecimo Chalifatus Mutewakkeli, conſtitutus eſt Coſma Patriarcha Iacobitarum Alexandriæ, qui presbyter fuerat in monaſterio Abu-Macari, die decimo quarto Abibi, anno Diocletiani 567. Atque hujus tempore reſtaurati fuerunt muri Tinniſi, Damiatæ, Alexandriæ, Barleſi, Oſmumæ, Tinæ, Rasjidi, & Neſteruhi: ſeditque annos 7, & menſes quinque, ac obijt vigeſimo primo Haturi anno Martyrum 575; & ſepultus eſt Damuſi. Cumque jam conſtitutus eſſet, ſcripſit ſynodicam de religione Patriarchæ Antiocheno, Patri Iohanni, eamque, more ſolito, ad eum miſit. atque is ei reſponſum miſit cum concordia & amore. vacavitq; poſt eum cathedra dies 51. Patriarcha Alexandrinus.

Tempore Mutewakkeli obijt Michaël f. Theophili Imperator Romanorum cui ſucceſſit filius ſuus Theophilus f. Michaelis. Atque hic imagines è templis tolli juſſit, nullamque in ullo templo unquam voluit imaginem ſupereſſe. cujus rei cauſa hæc fuit. Intellexerat in templo quodam S. Mariæ ſacro, die ei feſto, viſum fuiſſe, in imagine ejus, lac ſtillans ab uberibus ejus. cumque rationem ejus examinaviſſet, comperit Paræcum arte id effeciſſe, quod magnum ex ea re lucrum caperet, à peregrinantibus ad illud templum, maximè à mulieribus: præciditque Paræco cervicem, & imagines ſuſtulit. Sed miſit ad eum Patriarcha, dicens. Moſes Propheta ſculpſit imagines Cherubinorum, in tabernaculo temporis, & ita quoque Salomon

Theophilus Imp. Rom.

Imagines è Templis tollit,

ejus rei cauſa.

Legatio Patriarchæ ad Imperatorem.

مات في ايام المتوكل في سنة اثنتين
واربعين ومايتي وخلا الكرسي بعده
ثلاثين يوما وقدم عوضه ابناخايل
وقيل انه كان قسا بدير ابي يحنس
وكانت تقدمته في رابع عشر هتور
في السنة العاشرة من خلافه المتوكل
واقام سنة واحدة وخمسة اشهر ومات
في ثاني وعشرين برموده سنه سبع
وستين وخمساية لدقلاديانوس ودفن
بدير ابي مقار وهو اول من دفن
بالدير المذكور من البطاركه وخلي
الكرسي بعده احد وثمانين يوما ۞

وفي سنه اربع واربعين ومايتي للهجره
للسنه الثانية عشر من خلافه المتوكل
قدم قسما بطركا للبعاقبه بالاسكندريه
وكان شماسا بدير ابي مقار في اليوم
الرابع عشر من ابيب سنه سبع وستين
وخمساية لدقلاديانوس * وفي ايامه
ينبت اسوار تنيس ودمياط واسكندريه
والبرلس والاشموم والطينه ورشيد ونستروه
واقام سبع سنين وخمسه اشهر ومات في
حادي وعشرين هتور سنه خمس وسبعين
وخمساية للشهدا ودفن بدموس ولما قدم
كتب سنوديقا لبطرك انطاكيه
بالامانه وهو الاب يوحنا وارسله اليه على
العادة وورد جوابه بالاتفاق والمحبه وخلي
الكرسي بعده احد وخمسين يوما ۞

قال وفي ايام المتوكل مات ميخايل
بن توفيل ملك الروم وملك بعده ابنه
توفيل بن ميخايل فامر بان يحوا الصور
من الكنايس وان لا يبقى في كنيسة
صورة البتة وسببه ان بلغه ان في بعض
الكنايس التي على اسم السيده مريم
يظهر في صورتها في يوم عيدها لبن ينقط
من ثديها فكشف عن القضيه فوجد
القايم قد تصنع في هذا لانه كان يكتسب
من ذلك مالا جزيلا من الحجاج الى
الكنيسه سيما من النسوان فضرب عنق
القايم وابطل الصور فارسل البطرك اليه
يقول له ان موسى النبي نقش صورة
الشاروبيم على قبه الزمان وكذلك

Salomon f. Davidis, cum templum extruxiſſet Hieroſolymæ, imagines Cherubinorum fecit ex auro. Quin & hoc conſtat, Literæ Regis, cum afferuntur alicui ex Præfectis ejus, ſigillo ejus conſignatæ, eique dicitur, Hoc à Rege eſt; eum illas legere, oſculari, capitique ſuo & oculis admovere; ut Regem honoret; quod nomen ejus & ſigillum ijs impreſſa ſint. Ita nos quoque imaginem tantum recipimus, propter eum cujus fert nomen, non autem propter colores. *quibus Patriarchæ verbis auditis, Imperator imagines pingi juſſit, more ſolito.*

سليمان بن داود لما عمر الهيكل
باورشليم صور الشاروبيم من
ذهب قال والمشهور ان كتاب
الملك اذا ورد الى بعض عماله مختوما
بخاتمه ويقال له هذا من الملك
يقف عليه ويقبله ويضعه على راسه
وعينيه تعظيما للملك لكون اسمه
وخاتمه عليه ونحن انما نقبل الصورة
لاجل من صورت على اسمه لا لاجل
الاصباغ فلما سمع الملك هذا القول
الذي اشار به البطرك امر بتصوير
الصور على العادة ✠

CAPVT DVODECIMVM.

Undecimus Abbaſidarum, & Chaliſa trigeſimus ſecundus, MVHAMMED ABVGJAFAR MVSTANSIRVS BILLA, f. Mutevvakkeli, f. Mutaſimi, f. Haronis Rasjidi.

الحادي عشر من الخلفاء العباسيين
وهو الثاني والثلاثون المستنصر بالله
ابو جعفر محمد بن المتوكل
بن المعتصم بن هرون
الرشيد *

MAter *ejus genitrix Romana fuit, & vocata Habasja. Creatus eſt Chaliſa inauguratione privata, eo die quo occiſus fuit pater ejus Matewakkelus; & poſtridie ejus diei, inauguratione publica, die videlicet Mercurij, quarto menſis Sjewali, anni 247. Breve autem fuit imperium ejus, neque diu vixit. dicebatque populus imperium ejus poſt cædem patris ejus, duraviſſe menſes ſex, ſicut imperium Syroæ, fil. Coſroæ Abarwiri, parricidæ: id quod & verum eſt. Narrant etiam, cum imperio præfectus eſſet Muſtanſirus, expanſum ei fuiſſe tapetum, in quo imago expreſſa erat ſimilitudine equi, cui inſidebat eques, capite diadema geſtans, quod magnus ambibat circulus, in quo ſcriptura erat Perſica: Muſtanſirum autem vocaviſſe quendam, qui eam legeret, & Perſæ vultum fuiſſe mutatum. ac Muſtanſirum dixiſſe, Quid id eſt? illum autem reſpondiſſe, Nugæ quædam ſunt Perſicæ. at Muſtanſirum voluiſſe ut eam ſibi explicaret: atq; illum negaviſſe ſenſum ei ullum ineſſe: cumque Muſtanſirus dixiſſet, Neceſſe eſt ut eam mihi exponas, dixiſſe, Sic ait.* Ego Siroës filius

Imago Syroæ parricidæ.

ام ولد رومية يقال
لها حبشة بويع له
بالخلافة البيعة خاصة
ليلة قتل والده المتوكل
وبويع له من الغد البيعة العامة يوم
الاربعا لاربع خلون من شوال سنة سبع
واربعين ومايتي فقصرت مدته ولم يطل
عمره وكان الناس يقولون ان مده ولايته
بعد قتل ابيه ستة اشهر كمده شيرويه
بن كسري ابرويز قاتل ابيه فكان الامر
كذلك *وقد ذكرانه لما ولي المستنصر
الخلافة بسط له بساط فيه صورة نقش
مثال فرس عليه راكب وعلي راسه تاج
تحيط به دايرة كبيرة جدا فيها مكتوب
بالفارسية فاحضر المستنصر من قراها
فتغير وجه الفارسي فقال له المستنصر
ماهو فقال بعض حماقات الفرس فقال
اخبرني به فقال لا معني له قال لابد ان
تخبرني به قال يقول انا شيرويه بن

كسري قتلت اني ولم اتمتع بالملك الا
ستة اشهر فتغير وجه المستنصر وقام
من مجلسه ولم يملك الا ستة اشهر ✡
قال وفي سنة ثمان واربعين ومايتي
خلع المستنصر اخويه المعتز والموىد من
ولاية عهده والزمهما ان خلعا انفسهما
واشهد عليهما بذلك وكتب المستنصر
الي محمد بن عبد الله بن طاهر بن
الحسين وهو صاحب شرط بغداد فخبره
ان المعتز والموىد سالاه ان يادن لهما في
خلع انفسهما من ولاية العهد التي قلدهما
المتوكل وانهما كانا صغيرين عاجزين
لم يبلغا الحكم ولا جرت عليهما احكام
الاسلام وانهما اخلعا انفسهما طايعين غير
مكرهين علي ذلك * وكان الذي حمل
المستنصر علي خلع اخويه وصيف وبوغا
وساير من اعان علي قتل المتوكل وخافوا
ان يصير الامر لهما فيقتلوهم بابيهما ✡
قال وفي هذه السنة توفي المستنصر
بالله فيقال ان الطفوري سمه وقيل انه
قطر في اذنه دهنا فتورم راسه فمات
وكانت وفاته لخمس بقين من ربيع
الاول وكانت خلافته ستة اشهر الا
اياما وكان عمره خمسا وعشرين سنة *
صفته كان ربعا ابيض اعين اقني
مسمنا مهيبا سيرته كان ذا شهامة واقدام
غير انه كان بخيلا وله شعر من جملته
مني ترفع الايام من قد وضعته وتنقاد
لي دهرا علي جموح *
اعلل نفسي بالرجا واني لاغدو علي
ما ساني والروح *
وذكر بشر الخادم قال كان
المستنصر يوما من ايام خلافته نايما فانتبه
وهو يبكي وينتحب قال فاهبته ان
اساله عن السبب فوقفت وراء الباب
واذا عبد الله بن عمر البازيار قد وافي
فسمع نحيبه وشهيقه فقال ويحك ما له
يا بشر فاعلمته انه كان نايما فانتبه
باكيا فدخل عليه وقال لا ابكي

Cosroæ patrem meum occîdi, neque imperio fruitus sum nisi sex mensibus, & mutatum fuisse vultum Mustansiri, eumque è solio suo surrexisse, & non imperasse nisi sex menses.

Cœpit 6 Martij. A.C. 862.

Anno 248 deposuit Mustansirus fratres suos Mutazzum & Muaïadum Societate fœderis sui, eosque coëgit ut sese ipsos ea abdicarent; atque hac de re testes quosdam contra eos appellavit. scripsitque ad Muhammedem f. Abdallæ, f. Taheri, f. Huseini, qui Præfectus præsidij erat Bagdadi, eique significavit, Mutazzum & Muaïadum se rogavisse, uti veniã ijs largiretur, Societate fœderis, quam ipsis Mutewakkelus imposuerat, sese abdicandi: parvos se esse, & debiles, neq; judicium assequutos, neque in Islamismi negotijs versatos. eosque sponte se ipsos, non invitos, ea dignitate abdicavisse. Hortati autẽ eum erant ad depositionem fratrum ejus Wasifus, Nuga, & reliqui, qui auctores fuerant cædis Mutewakkeli: timebant enim ne, devoluto ad eos imperio se, propter patrem eorum, occiderent.

Mustansiri obitus.

Eodem anno obijt Mustansirus Billa. Diciturque Tafuris veneno eum sustulisse. alij ajunt eum in aurem ejus oleum instillavisse; atque inde exulcerato capite, eum obijsse. Vita a. excessit die 25 Rabij prioris. ut imperaverat menses sex, minus aliquot diebus; annos natus 25.

Forma.

Quod ad formam ejus attinet. mediocri fuit statura, candidus, magnis oculis, naso distorto, & mirum in modum obesus.

Natura.

Quod ad naturam. animosus, atque audax: verum avarus. Versus etiam fecit, è quibus hi sunt.

Quando attollent dies eum quem humiliarunt, & ducetur mihi seculum super equo forti?
Alo animam meam spe: & festino super eo quod me contristat, atque reficior.

Somnium.

Narrat autem Basjerus minister, dicens. Cum die quodam Mustansirus tempore Chalifatus sui dormivisset, evigilavit flens, atque ejulans: veritus autem ego sum eum interrogare causam; stetique post ostium, & ecce supervenit Abdalla f. Amri Bariarus, qui, audita ejulatione ejus, atque planctu, Eheu Basjere, inquit, quid est illi? Ego autem ei significavi, illum è somno evigilavisse flentem. Itaque, ingressus ad eum, dixit, Ne flere faciat tibi Deus

Deus oculum, ô fidelium Imperator. quamobrem fles? Respondit ille, Accede ô Abdalla. utque ad eum accessit, dixit, Vidi inter dormiendum Mutewakkelum dicentem mihi, Eheu Muhammed, occidisti me, oppressisti me, atque eripuisti mihi Chalifatum meum. per Deum! non frueris eo post me nisi paucos dies; deinde autem ingredieris ignem. unde evigilans non sum meus, præmetu. Respondit a. ei Abdalla, hæc Confusiones sunt somniorum ex cogitationibus tuis ea de re natæ: itaque eas à te pelle, lusu & hilaritate: ac jube afferri tibi vinum: & ne cura visionem. Atque id fecit: sed non desijt esse consternatus, donec obijt.

Desperatio.

Cum autem morbus ejus ingravesceret, exijt ejus mater, eumque rogavit, quomodo valeret: ille autem respondit, Per Deum, discedit à me mundus, & vita futura. Li-

Officiales.

beros reliquit quatuor mares. Consiliarij ejus fuerunt Chasibus, & post eum Ahmed filius ejus. Iudex Gjafar Abbasæus. Ianitor Wasifus, & Nuga, & filius Romali, & filius Onameni. Symbolum sigilli ejus fuit

Symbolū.

Timorem accipit qui ab eo declinat.

Imperium.

Chronologus ait eum imperasse dies 178, quorum primus fuit Iovis, & ultimus Sabbathi: elapsis annis Hegiræ 247, mensibus tribus, & diebus tribus: annis autem solaribus mundi 6353, mensibus novem, & diebus 12.

اللة لك عينا يا امير المومنين ما بالك
تبكي فقال له ادن يا عبد الله فدني
منه فقال له كنت نايما فرايت
المتوكل يقول لي ويحك يا محمد
قتلتني وظلمتني وغصبتني خلافتي والله
لا تمتعت بها بعدي الا اياما يسيرة
ثم مصيرك الى النار قال فانتبهت
لا املك نفسي من كثرة جزعي فقال
له عبد الله هذه اضغاث احلام لما في
نفسك من هذا الامر فدع عنك باللهو
والطرب وادع بالنبيذ ولا تعني بالرويا *
قال ففعل ذلك وما زال منكسرا
حتي مات قال انه لما اشتدت عليه
خرجت امه وسالته عن حاله فقال
والله ذهبت مني الدنيا والاخرة *
اولاده اربعة ذكور وهراوه الخصيب
واحمد ولده بعده قاضيه جعفر العباسي
حجابه وصيف ونوغا وابن الرومال
وابن اونامن * نقش خاتمه يوتي الحذر
من مال منه * قال المورخ ان مدة
خلافتهماية ثمانية وسبعين يوما اولها
يوم الخميس واخرها يوم السبت لتمة
مايتي سبع واربعين سنة للهجرة وثلاثة
اشهر وثلاثة ايام ولتمام ستة الف وثلثمايه
ثلاثة وخمسين سنة وتسعة اشهر واثني
عشر يوما شمسيه للعالم ۞

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Duodecimus Abbasidarum, & Chalifa trigesimus tertius, AHMED ABVLABBAS MVSTAÏNVS BILLA f. Muhammedis f. Mutasimi, f. Haronis Rasjidi.

الثاني عشر من الخلفا العباسيين وهو
الثالث والثلثون المستعين بالله
ابو العباس احمد بن محمد
بن المعتصم بن هرون
الرشيد *

MATER ejus genitrix dicta fuit Maharifa. Ajunt autem, mortuo Mustansiro, convenisse Nugam majorem, & Nugam minorem, Vtamasum, Ahmedem f. Chasibi, & aliquot alios ex primoribus, & consultasse, quem Chalifatui præficerent.

ام ولد يقال لها محارف *
وامه قبل لما توفي المستنصر اجتمع
نوغا الكبير ونوغا الصغير
واوتامس واحمد بن
الخصيب وجماعة من الموالي واجالوا
الراي في من يولون الخلافه وكرهوا

Noluerunt

Noluerunt autem ei præesse quemquam filiorum Mutewakkeli; quod metuerent, ne eos occideret, ob cædem Mutewakkeli. itaque unanimi consensu elegerunt Ahmedem f. Muhammedis, f. Mutasimi, & Chalifam eum crearunt, tempore vespertino diei lunæ, qui sextus erat Rabij posterioris, anni Hegiræ 248, cum natus esset annos 28, & cognominatus fuit Mustainus Billa. Consiliarium assumpsit Vtamasum, Scribam autem Ahmedem f. Chasibi. Cum autem Seditio. *postridie ornatu Chalifatus indutus veheretur in curiam, populusque duobus ordinibus dispositus esset, ecce magnus ortus est clamor, & venerunt quinquaginta equites, & circiter mille pedites, ex populis & subditis, ostendentes gladios, & clamantes,* O adjute, O Mutazze. *impetuque in populum facto, magna commissa est pugna. sed in fugam deinde versis tumultuatoribus illis, quievit plebs, & stabilitum fuit imperium Mustaino: qui in carcerem jussit conjici Mutazzum & Muaijadum filios Mutewakkeli.*

Anno 249 irruerunt Turcæ in Vtamasum, qui negotia omnia Mustaini administrabat, eumque occiderunt; interficientes quoq; Segjaüm f. Hatimi: & diripuerunt ædes Vtamasi, magnamq; opum vim ex ijs nacti sunt. Procuraverant autem cædem ejus Wasifus & Nuga; quod à negotijs Imperatorem excluderet, & contra illos eum incitaret. Atque eo facto turbatæ fuerunt res Turcarum, & varia fuit eorum sollicitudo. Cœpit 24 Feb. A. C. 863. Vtamasi cædes.

Anno 250 Cufæ prodijt Iahja, f. Omaris, f. Iahjæ, f. Haseni, f. Zeidi, f. Alis, f. Huseini, f. Alis, f. Abutalibis, cui multi se mortales adjunxerunt. At Muhammed f. Abdallæ, f. Taheri, f. Huseini exercitum contra eum misit: commissoque prælio, occisus est Iahja, & milites ejus in fugam versi. Caput autem ejus portatum fuit ad Muhammedem, qui id misit ad Mustainum: atque affixum fuit Samarræ: & positum in cistam armamentarij. Cœpit 13 Feb. A. C. 864. Iahja fil. Omaris.

Anno 251 irruerũt Wasifus & Nuga, cum aliquot ex primatibus, in Iaazum, eumque occiderunt; quia occupaverat arcem imperialem, & in animo habuerat interficere Mustainum, Cœpit 1 Feb. A. C. 865. Iaazi cædes.

ان يتولاها احد من ولد المتوكل خوفا
من ان يقتلهم لقتل المتوكل فاجتمع
رايهم علي احمد بن محمد بن المعتصم فبايعوه
بالخلافه وقت العشا الاخير من
ليلة الاثنين لست خلون من ربيع الاخر
سنة ثمان واربعين ومايتي للهجرة وعمره
ثمان وعشرين سنة ولقب المستعين بالله
واستوزر اتامس واستكتب احمد بن
الخصيب وركب من الغد الي دار
العامة بزي الخلافة واصطف الناس
صفين واذا صيحة عظيمة وجاء خمسون
فارسا وقدر الف رجل من العوام
والسوقة شاهرين السيوف وهم يصيحون
يا منصور يا معتز وشدوا علي الناس
وجري قتال عظيم ثم انهزمت المعتزة
وسكنت الغوغا واستقرت الخلافة
للمستعين وامر بحبس المعتز والموبد ابني
المتوكل ۞

قال وفي سنة تسع واربعين ومايتي
وثب الاتراك علي اتامس وكان
غالبا علي امر المستعين كله فقتلوه
وقتلوا كاتبه سجاع بن الهيثم وانتهبوا
دار اتامس واخذوا منها اموالا جزيلة
وكان الذي دبر الحيلة في قتله
وصيف ونوغا لما كان يسنده من
الامور ويستاديه من الاموال واضطربت
بذلك امور الترك واختلف اهواؤهم ۞

قال وفي سنة خمسين ومايتي خرج
يحيي بن عمر بن حسن بن زيد بن علي
بن الحسين بن علي بن ابي طالب
بالكوفه وانضاف اليه خلق كثير
فوجه اليه محمد بن عبد الله بن طاهر
بن الحسين جماعة فتقاتلوا فقتل يحيي
وانهزم اصحابه واتي براسه الي محمد
فوجه به الي المستعين ونصب بسر من
راي وجعل في صندوق بيت
السلاح ۞

وفي سنة احدي وخمسين ومايتي
وثب وصيف ونوغا في جماعة من
الموالي علي ياعر وقتلوه لانه كان قد
استولي علي دار الخلافه وعزم علي قتل

Muſtaïnum, Waſifum, & Nugam. cumque occiſus eſſet, tumultuati ſunt ejus milites, magnaque, propter cædem ejus, orta eſt ſeditio. Et Muſtainus ſibi metuens fugit Bagdadum, cum Waſifo & Nuga. ſed aſſequuti eum aliquot è Principibus rogarunt eum ut reverteretur in aulam ſuam, Samarram. verum is noluit. itaque illi reverſi Samarram, è carcere eductum Mutazzum crearunt Chalifam, fratremque ejus Muaïadum Socium fœderis ejus. Deſcendit autem Muſtaïnus Bagdadum menſe Muharramo.

Muſta'nus fugit.

Murazzus e eatur Chalifa.

Cumque Mutazzo Samarræ confirmatum eſſet imperium, miſit fratrem ſuum Ahmedem f. Mutewakkeli oppugnatum filium patrui ſui Muſtaïnum, idque vigeſimo tertio Muharrami. abiitque Bagdadum cum quinque mille equitibus ex Turcis, & Faraïnis, & duobus millibus ex Magaribis. Muſtaïnus autem ſe munivit Bagdadi, foditque ei foſſam, ad regionem orientalem, plantavitque catapultas, & patefecit fontes in viis. At Ahmed f. Mutewakkeli eũ obſedit, arctiſſima obſidione, multiſque diebus plurima commiſſa ſunt prælia, Præerat autem omnibus illis prælijs Muſtaïni Muhammed f. Abdallæ f. Taheri, f. Huſeini. Tandem autem hic Abdalla Taherides, deficiens à Muſtaïno, (quod intellexiſſet eum juſſiſſe Nugam & Waſifum ut ipſum occiderent) pacem fecit cum Ahmede f. Mutewakkeli, eique aſſenſus eſt de abdicatione Muſtaini, certis conditionibus, & pactis inter eos initis. miſitque Ahmed conditiones illas ad Mutazzum, qui eas approbavit, & manu ſua obſignavit; idque cum Taherides Muſtaïnum jam compuliſſet, ut ipſe teſtaretur ſe imperium ſuum illi tradere. qua de re teſtes contra eum appellavit Primates Bagdadi, & Iudices ejus.

& perſequitur Muſtainum.

Bagdadi obſidio.

Eodem anno Tabriſtanam occupavit Haſenus f. Zeidi, f. Muhammedis, f. Iſmaelis ex poſteris Alis f. Abutalibis: multiſque, ab eo, & Suleimane filio Abdallæ, Præfecto Muhammedis filij Abdallæ fil. Taheri, commiſſis prælijs, tandem Suleiman cepit Tabriſtanam, & Haſenus fugit in Dailamam.

Haſenus f. Zeidi rebellat,

& fugatur.

Eodem quoque anno prodiit in regione Dailamæ Talibita quidam nomine,

المستعين وصيف ونوغا فلما قتل شعث اصحابه ووقعت الفتنة بسبب قتله وهرب المستعين الي بغداد خوفا على نفسه ومعه وصيف ونوغا فلحقوه جماعة من القواد وسالوه ان يرجع الي قصره بسر من راي فابي فرجعوا الي سر من راي فاخرجوا المعتز من محبسه وبايعوه بالخلافة ولاخيه المويد بولاية عهده وكان الحدار المستعين الي بغداد في المحرم ۞

قال ولما تم الامر للمعتز بالله بسر من راي جهز اخاه احمد بن المتوكل لقتال ابن عمه المستعين وذلك لسبع بقين من المحرم فسار الي بغداد في خمسة الف فارس من الاتراك والفراعنة والفين من المغاربة وتحصن المستعين ببغداد وحفر لها خندقا من الجانب الشرقي ونصب المناجنيق وبين العيون في الطرقات ونازله احمد بن المتوكل وحاصره حصارا شديدا وجرت وقعات متعددة في ايام كثيرة وكان القايم بامر المستعين في تلك الحروب كلها محمد بن عبد الله بن طاهر بن الحسين واخر الامر ان ابن طاهر ينكر للمستعين لانه بلغه ان المستعين امر نوغا ووصيف بقتله فصالح ابن طاهر احمد بن المتوكل ووافقه على خلع المستعين على شرايط وتقريرات جرت بينهما وسير تلك الشرايط الي المعتز بالله فامضاها وكتب بها خطه وذلك بعد ان كلف ابن طاهر المستعين ان اشهد عليه انه صير امره اليه وشهد عليه بذلك اكابر بغداد وقضاتها ۞

قال وفي هذه السنة غلب على طبرستان الحسن بن زيد بن محمد بن اسمعيل من ولد علي بن ابي طالب وجرت بينه وبين سليمان بن عبد الله عامل محمد بن عبد الله بن طاهر حروب اخرها ان سليمان غلب علي طبرستان وهرب الحسن الي الديلم ۞

وفيها خرج ببلاد الديلم طالبي يدعي

Haſenus

Haſenus f. Ahmedis Kewkebi, f. Iſmaëlis, f. Ibrahimi, è poſteris Alis f. Abutalibis, quem cum fugiſſent milites Principis, potitus eſt manſionibus eorum. hinc abijt Medinam, cujus Præfectus eum quoque fugit; deinde Meccam, cujus cives introitu eum prohibuerunt, unde eam arctiſſima obſidione cinxit, ita ut cives fame & ſiti perirent. poſt dies autem 57 ab ea diſceſſit Gjuddam, & Meccanos intercluſit commeatu, atque inhibuit itinera. Cum autem deinde cives die ceremoniarū in Arafato convenijſſent, multos mortales occidit, hominesque ſpoliavit, qui fugæ ſe dederunt, nondum abſolutis ceremonijs: ipſe autem cum ſuis militibus eas celebravit. & obijt anno 252.

Haſenus f. Ahmedis, — Meccam obſidet, — moritur.

Eodem anno imperio depoſitus fuit Muſtaïnus Billa, qui ipſe teſtes appellavit qui contra eum teſtarentur, ipſum ſe Chalifatu abdicaviſſe, populumque abſolviſſe juramento fidelitatis ei præſtito. vocatuſque ad imperium Bagdadi fuit Mutazzus, die Veneris, quarto Muharrami. Muſtaïnus autem tranſlatus fuit in arcem Haſeni f. Wahebi, & deſtinatus fuit quidam ejus cuſtodiæ. Deinde factus eſt deſcendere Waſitum, & præfectus ei Ahmed f. Tuluni: ſed ſubornavit Mutazzus Billa Saïdum Ianitorem, qui eum interfecit, Cadiſiæ, & caput ei abſcidit. ſunt tamen qui dicunt Ahmedem f. Tuluni eum occidiſſe, menſe Sjewalo hujus anni. Cum autem caput ejus allatum eſſet ad Mutazzum filium patrui ejus, ipſo ludente latrunculis, dictumque ei eſſet, Hoc caput eſt depoſiti imperio. ille reſpondit Relinquite id iſtic, donec abſolvero luſum latrunculorum. Abſoluto autem luſu, id intuitus eſt, & ſepeliri juſſit. Imperavit annos duos, menſes novem, & aliquot dies, annos natus 31. Quod ad naturam ejus attinet. Lenis fuit, & auſcultans ijs qui eum ſequebantur, differens negotia ſua, & valde ſibi timens. Conſiliarij ejus fuerunt Ahmed f. Chaſibi, &, hoc depoſito, Abuſalihus Abdalla f. Muhammedis, fil. Segjai, f. Caſimi. Ianitores, Vtamaſus, hinc Waſifus, & deinde Nuga. Iudices, Ahmed f. Abusjawaribi Amawæus, & Muhammed f. Waziri, Waſitæus. Chronologus ait depoſitum eum fuiſſe elapſis annis Hegiræ 251,

Muſtainus imperio deponitur, — & occidi-tur. — Ejus natura. — Officiales. — Imperium.

&

الحسن ابن احمد الكوكبي بن اسمعيل بن ابرهيم من ولد علي بن ابي طالب فهرب منه اصحاب السلطان واستولي علي منازلهم ثم صار الى المدينة فهرب منه عاملها ثم سار منه الى مكة فمنعه اهلها من دخولها فحاصرها حصارا شديدا حتي مات اهلها جوعا وعطشا ثم رحل عنها بعد سبعة وخمسين يوما الي جدة فحبس عن اهل مكة المرة وقطع السابلة ثم اعترض الناس يوم الوقفة بعرفات فقتل خلقا كثيرا وسلب الناس فهربوا ولم تتم وقفتهم ووقف هو واصحابه ومات في سنة اثنتين وخمسين ومايتي ۞

وفي هذه السنة كان مخلع المستعين بالله قال انه اشهد علي نفسه انه اخلع نفسه من الخلافة وانه قد احل الناس من بيعته ودعي للمعتز بالله ببغداد يوم الجمعة لاربع خلون من المحرم ونقل المستعين الي قصر الحسن بن وهب ووكل به من يحفظه * ثم احدر المستعين الى واسط ووكل به احمد بن طولون ودس اليه المعتز بالله سعيد الحاجب فقتله بالقادسية واحز راسه وقبل ان احمد بن طولون باشر قتله في شوال من هذه السنة واتي براسه الى المعتز بالله بن عمه وهو يلعب بالشطرنج فقبل له هذه راس المخلوع فقال دعوه هناك حتي افرغ من لعب الشطرنج فلما فرغ يلعب نظره وامر بدفنه وكانت خلافته سنتين وتسعة اشهر وايامها وعمره احدي وثلثين سنة ۞

سيرته كان فيه لين وانقياد لاتباعه مهلا اموره شديد الخوف علي نفسه * وكان وزراوه احمد بن الخصيب ثم نكبه واستوزر ابا صالح عبد الله بن محمد بن سجاع بن القاسم حجابه اثامس ثم وصيف ثم نوغا قضاته احمد بن ابي الشوارب الاموي ومحمد بن وزير الواسطي * قال المورخ خلع لتمام مايتي احدي وخمسين سنة

& diebus 4, annis autem ſolaribus mundi 6357, & quinque menſibus.

Narrant hiſtoriæ Chriſtianorum, tempore Muſtaïni, anno Hegiræ 252 conſtitutum fuiſſe Alexandriæ Patriarcham, nomine Sanitium, eumque, cum 11 annos ſediſſet, obiiſſe.

والاربعة ايام للهجرة ولتمام ستة الف وثلثماية سبع وخمسين سنة وخمسة اشهر شمسية للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصاري انه قدم للبعاقبة بطرك علي الاسكندرية في ايام المستعين في سنة اثنتين وخمسين ومايتي للهجرة انمه سانيثيوس اقام احدي عشرة سنة وتنيح ۞

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Decimus tertius Abbaſidarum, & Chalifa trigeſimus quartus MVHAMMED ABV-ABDALLA MVTAZZVS BILLA f. Mutewakkeli, f. Mutaſimi, f. Haronis Rasjidi.

الثالث عشر من الخلفاء العباسيين وهو الرابع والثلثون المعتز بالله ابن عبد الله وقيل محمد بن المتوكل بن المعتصم بن هرون الرشيد *

MATER *ejus genitrix nomen habuit Fatihæ. Vnanimi conſenſu creavit eũ populus Chalifam, cum depoſitus eſſet Muſtaïnus, idque die quarto Muharrami, anni 252. Atque eodem anno conjecit Mutazzus in carcerem fratrem ſuum Muaïjadum, eumque depoſuit Societate fœderis ſui, & anguſtijs affecit. cumque deinde intellexiſſet Turcas velle ut è carcere educeretur, juſſit eum panno involvi, hujuſque extremitates prehenſas teneri donec expiravit. Deinde eduxit eum ad Iudices, & Primates: cumque nullum in eo eſſet veſtigium, neque vulnus, dixit eum morte naturali extinctum.*

ام ولد يقال لها فتيحة وامه اجمع الناس علي بيعته لما خلع المستعين وذلك لاربع خلون من المحرم سنة اثنتين وخمسين ومايتي * قال وفي هذه السنة حبس المعتز اخاه المويد وخلعه من ولايه عهده وضيق عليه ثم بلغه ان الاتراك ارادوا اخراجه من محبسه فامر المعتز فلفه في لحاف ومور ومسك بطرفيه حتي مات ثم اخرجه الي القضاة والاكابر ولا اثر فيه ولا جرح وقال لهم انه مات حتف انفه ۞

Muaijadus in carcerē conijcitur.

necatur.

Eodem anno depoſuit Iezidum f. Abdallæ gubernatione Aegypti, qui præfectus ei fuerat tempore Mutewakkeli, anno 241. &, hoc depoſito, præfecit ei Mazahimum f. Chacani.

Præfectus Aegypti.

وفي هذه السنة عزل يزيد بن عبد الله عن امرة مصر وكان قد تولاها في ايام المتوكل سنة احدي واربعين ومايتي ولما عزل يزيد ولاها المعتز مزاحم بن خاقان ۞

Anno 253 irruerunt Turcæ in Waſitum, eumque occiderunt, ob ſtipendia ſua. Eodem anno ablegavit Mutazzus Billa Ahmedem f. Mutewakkeli Waſitum: deinde autem eum revocavit in regionem orientalem Bagdadi; ubi manſit. Eodem quoque anno obijt Muhammed f. Abdallæ, f. Taheri, Bagdadi, die decimo quarto Dulkiadæ, cujus nocte luna eclipſin paſſa eſt.

Cœpit 10 Ianuarij A. C. 867.

وفي سنة ثلث وخمسين ومايتي وثب الاتراك علي وصيف فقتلوه بسبب ارزاقهم * وفيها بعث المعتز بالله احمد بن المتوكل الي واسط ثم رده الي الجانب الشرقي من بغداد فنزل به * وفيها توفي محمد بن عبد الله بن طاهر ببغداد في ليلة الرابعة عشر من ذي القعدة وكان القمر قد كسف في تلك الليله ۞

قال وفي سنة اربع وخمسين ومايتي قتل
دوغا الصغير بسر مرراي بامر المعتز بالله
ونصب راسه بسر مرراي ثم ببغداد *
وفيها توفي ابو الحسن بن محمد بن علي بن
الحسين بن علي بن ابي طالب وهو العاشر
من الايمة الاثني عشر الذين يعتقد الشيعة
اياهم * وفيها توفي مزاحم بن خاقان فولي
مصر ابنه محمد ثم مات فوليها احمد بن
طولون في شهر رمضان سنة اربع وخمسين
ومايتي * وخلع المعتز دبر عليه حاجبه
صالح بن وصيف قبل جاء اليه ومعه جماعة
فدخلوا عليه وجروا برجليه الي باب
الحجرة واقاموه في الشمس وكان يرفع
قدما ويحط اخري وجعلوا يلطمونه
ويقولون اخلعها فاجابهم الي خلع نفسه
فادخلوه حجرة وبعثوا الي ابن ابي الشوارب
والقاضي وجماعة من الشهود واحضروهم
واشهدوهم انه قد خلع نفسه وكان ذلك
يوم السبت لليلتين خلتا من شهر رجب
ثم سلم المعتز لمن يعذبه فمنع الطعام والشراب
ثلاثة ايام وادخل به سردابا واطبقوا عليه
بابه فاصبح ميتا وذلك لليلتين خلتا
من شعبان * وكانت خلافته من
حين بويع له بسر مرراي اربع سنين
وستة اشهر وثلاثة وعشرين يوما ومن
حين خلع المستعين وبويع البيعة العامة
ثلاث سنين وسبعة اشهر الا اياما وصلي
عليه المهتدي بالله * وزهراوه محمد بن
جعفر ثم عيسي بن فرخشاه ثم ابو محمد
جعفر بن اسرايل الانباري قاضيه احمد
بن الحسن بن ابي الشوارب حاجبه صالح
بن وصيف كان غالبا على امره وهو
الذي عمل علي خلعه وقتله وكان المعتز
موثر اللذات مشتغلا بها معرضا عن
تدبير الملك بسببها والنظر في مصالحه *
قال المورخ مدة خلافته ثلاث سنين
وستة اشهر وعشرين يوما اولها يوم
السبت واخرها يوم الاثنين لعشر مايتي
اربع وخمسين سنة وستة اشهر واربعة
وعشرين يوما للهجرة ولتمام ستة الف

Anno 254 occisus fuit Nuga minor, Samarræ, jussu Mutazzi; & caput ejus affixum fuit, primum Samarræ, deinde Bagdadi. Eodem anno obijt Abulhasenus fil. Muhammedis, filij Alis, f. Huseini f. Alis, f. Abutalibis; qui duodecimus erat illorum Principum, quos agnoverat factio. Eodem quoque anno vita excessit Mazahimus f. Chacani, ac præfectus Aegypto fuit filius ejus Muhammed, &, hoc mortuo, Ahmed f. Tuluni, mense Ramadano anni 254. Depositionem Mutazzi procuravit Ianitor ejus Salihus f. Wasifi. hic enim, ut ajunt, venit ad eum cum quibusdam alijs. cumque ingressi ad eum essent, traxerunt eum pedibus ejus, ad portam usque domus, & erexerunt eum in sole, cum pedem alterum attolleret, alterum deprimeret. cœperunt q; colaphis eum cædere, ac dixerunt, Depone Chalifatum. Ille autem, morem ijs gerens, Chalifatu se abdicavit. Hinc eum introduxerunt in ædes, ac missis legatis, ad filium Abusjawaribi, & Iudicem, atque aliquot testes, jusserunt eos adesse, ac testati eos sunt, ipsum se Chalifatu abdicavisse; idque die Sabbathi, secundo mensis Regjebi. Hinc traditus fuit Mutazzus cuidam qui eum affligeret. cumque tribus diebus nec cibus ei, nec potus datus esset, introductus fuit in caveam, cujus porta post eum clausa fuit; & mane inventus est mortuus, idque die secundo mensis Sjaabani. Imperavit, ex quo scilicet inauguratus fuit Samarræ, annos 4, menses 6, & dies 23: ex quo autem Mustaïnus se imperio abdivit, atque ipse publica inauguratione receptus fuit, annos 3 & menses septem, minus aliquot diebus, Oravit pro eo Muhtadis Billa. Consiliarij ejus fuerunt Muhammed f. Gjafaris; hinc Isa f. Farhanahi, deinde Abu-Muhammed Gjafar f. Israelis Ambaræus. Iudex, Ahmed f. Haseni, f. Abusjawaribi. Ianitor, Salihus f. Wasifi, qui pleraq; negotia ejus administravit, & hoc etiam effecit, ut depositus fuerit, & occisus. Deditus autem fuit Mutazzus voluptatibus, ijsque ita studens, ut regni gubernationem, & considerationem ejus quod ex usu illius erat neglexerit. Chronologus ait eum imperasse annos tres, menses 6, & dies 20. quorum initium dies fuit Sabbathi, finis autem Lunæ; elapsis annis Hegiræ 254, mensibus

Cœpit 1 Ianuarij. A.C. 868.

Præfectus Aegypti.

Mutazzi depositio.

Mors.

Officiales

Natura.

Imperium.

menſibus ſex, & diebus 24. annis autem ſolaribus mundi 6360, menſibus decem, & diebus 17.

Patriarcha Alexandrinus.

Narrant autem Chriſtianorum hiſtoriæ Patriarcham Oſanium conſtitutum fuiſſe anno primo Mutazzi, die decimo tertio Tubæ, anni 575 Martyrum, qui incidit in annum 252 Hegiræ. fueratque presbyter in monaſterio Abu-Macari: ac ut ſedit annos undecim, & menſes tres, vita exceſſit.

Annotatio.

Patriarchæ Sanitij facta.

Continent Vitæ Patriarcharum, nominatum eum fuiſſe Sanitium, & conſtitutum anno Hegiræ ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, quo, imperio depoſito Muſtaino, præfectus ei fuit Mutazzus Billa. Convertit autem hic, tempore ſuo, quoſdam qui negabant paſſionem Domini Meſſiæ, inde à tempore ſeparationis, eoſque recepit, & Baptizavit, ac concionatus eſt in templis eorum. Scripſitque ad Patriarcham Antiochenum, & certiorem id eum fecit; qui converſione eorum gaviſus eſt. Fecit quoque hic Patriarcha Alexandriæ aquæductus ſubterraneos, quibus aquam dulcem derivavit è lacu Alexandrino in alveos urbis. Hoc principatum tenente, Aegypti Præfectus erat Ahmed f. Tuluni.

Theophilus Imp. Rom.

Tempore autem Mutazzi obiit Theophilus f. Michaëlis Romanorum Imperator, cui filius ſuus Michaël ſucceſſit. Huic, uti narrat filius Batrici, inter cæteros duces fuit quidam ei carus, & quem præ reliquis amabat, nomine Baſilius, qui cum

Michaël.

Michaël Imperator, ſeſe refecturus, exiſſet in inſulam, quæ prope Conſtantinopolin eſt, in eo mari quod vocatur Pontus, eum interfecit, & imperium occupans, Romanorum Imperator eſt factus, licet non eſſet è ſtirpe regia (erat enim origine Saclabæus.) cædi autem ejus prætexuit, res malas ab eo perpetratas: & inter cæteras, quod, cum mulierem quandam amaret, juſſiſſet Baſilium eam ducere; rem tamen cum ea non habere, ipſeq́ cum ea concubuiſſet, (propterea quod non licebat ei, viva adhuc exiſtente uxore ſua, aliam ducere.) factum hoc turpe & indignum judicans, aiebat Baſilius, eum interfeci.

Baſilius.

وثلثماية وستين سنة وعشره اشهر وسبعة عشر يوما شمسيه للعالم ۞

والذي ورد تواريخ النصاري ان البطرك اوسانيوس قدم في اول سنة من خلافة المعتز بالله في ثالث عشر طوبه سنة خمس وسبعين وخمسمايه للشهدا وفي السنة الثانية والخمسين ومايتي للهجرة وكان اقنوما بدير ابي مقار واقام احدي عشرة سنة وثلاثه اشهر ومات *

حاشية *

تضمن سير البطارکه ان اسمه سانيتيوس وانه قدم في سنة اثنتين وخمسين ومايتي للهجرة من السنة التي خلع فيها المستعين فتولي فيها المعتز بالله * وفي ايامه رجع اقوام كانوا ينكرون الام السيد المسيح من زمان الفرق فقبلهم وعمدهم وكرز في كنايسهم وكتب الي بطرك انطاكيه فعرفه بذلك ففرح برجوعهم * قال وعمل هذا البطرك مجاري تحت الارض بمدينة الاسكندرية يعبر الما الحلو فيها من خليج اسكندرية الي الادر بها * وفي رياسته كان احمد بن طولون عاملا علي مصر ۞

قال وفي ايام المعتز بالله مات توفيل بن ميخايل ملك الروم وملك بعده ابنه ميخايل علي الروم وقال بن بطريق انه كان من جملة قواده قايد يحبه ويوثره علي جميع اصحابه اسمه بسيل فخرج ميخايل الملك يتنزه في الجزيرة التي بظاهر القسطنطينية في البحر الذي يدعي بنطس فقتله بسيل القايد وغلب علي الملك وتملك علي الروم ولم يكن من بيت الملك لان جنسه صقلابي واعتذر انه قتله لامور ردية جرت منه من جملتها انه عشق امراة فامر باسيل ان يتزوجها ولا يطاها ويكون ميخايل الملك يضاجعها بحكم انه لا يقدر يتزوج امراة اخري في حياة زوجته قال واستقبحت هذا الامر فقتله *